




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Demonstrationes
Chronologico-Historico-Juridico-Canonicæ**

Callenberg, Caspar

Coloniae, 1734

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63192)




29



Th. 4829,

M III
5



DEMONSTRATIONES

Chronologico - Historico - Juridico - Canonica,

Binis Florentissimarum in tota Germania Universitatum

Responsis, Ternis Rotæ Romanæ Magistralibus Deci-

sionibus, Binis itidem S. Congregationis Con-

cilii Tridentini interpretum Oraculis, &

Unanimi ferè omnium Autorum

Sententiâ, Praxique

suffultæ;

Novitiis quinque Romanorum Advocatorum, scilicet Fran-

cisci Corazza, Flavii, Antonii de Sanctis,

Dominici Bonchristiani, Nicolai Cocucci,

& Philippi Boschetti, commentis,

è Diametro oppositæ; clarissimè

Collegii S. J. evincentes,

QUOD

Paderb

Abbatissæ Canonissarum Secularium, separatim (ut nunc

à pluribus seculis in Germania, Belgio, & Lotharingia fit)

Habitantium, & Canonicis permixtarum; hodièque

debeant esse Tricenaria, juxta cap. Indemnitati-

bus 43. S. supradicta de Electione in 6to.

QUAS

ÆTERNÆ VERITATI,

IUSTO JUDICI,

SUBMISSISSIME, ET DEVOTISSIME DEDICAT

P. D. W. J. S.

Coloniæ Typis NICOLAI THEODORI HILDEN, 1734.



MAGNA EST VERITAS,
ET PRÆVALET.

Libr. 3. Esdræ. 4. 41.

VERITAS CLAUDI, ET LIGARI
POTEST :
VINCI NON POTEST.

*S. Hieronymus in Proœmio Commentarii,
in Jeremiam Libr. 5.*



PRÆFATIO.



Xarsit, ut audio, controversissima Controversia in Perillustri Sæcularium Canonissarum Freckenhorstensi, quod apud Westphalos est, Collegio, ex Electione de Abbatissa ultimò celebratâ. Incendio huic, quod in aliquam multos jam annos tenuisse, & sumptus

Numerus
rimus
Occasio
Scribendi.

ingentes absumpsisse dicitur, fomitem subjecit *Ætas Electæ*, necdum *Tricenariæ*; sed ad summum vel *Duodetricenariæ*, vel certè *citerioris Ætatis*. Electionem isthanc in *Capitulum Indemnitatis* 43 §. *Supradicta de Electione in 6.* certò impigisse, mordicus tenebant aliqui: Alii eandem à dispositione hujus Sanctionis vindicare omnibus copiis pugnabant. Nempe *quot capita, tot sententiæ: Diversis Diversa placent.* Hinc & multi ab Electâ steterunt Judices, multi in Electam referuntur; nimirum

Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo:

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. (a)

Quid sit? dum Lis hæc intra Tribunalia in diem trahitur; & interea temporis dubiis volitat Victoria pennis, nunc huic, nunc illi faventior. Principes totius Germaniæ de Jure consuluntur Universitates; videlicet, *Coloniensis*, & *Trevirensis*; quæ unanimi calculo Electionem præactam *Manifestariæ Nullitatis* disertissimè condemnârunt. Quin tamen, cum brevitati consulerent, rationes, quibus utique abundant, suæ adjicerent sententiæ. In hac rerum Peristasi, etsi post tantarum Universitatum (quæ utique omnium optimè de Sæcularibus Germaniæ Canonissis judicare valent) clarissima

A 2

Ora-

(a) *Ovid. Lib. 1. Trist. El. 2. dist. 3.*

Oracula ad certam plenamque Victoriâ Aëtrici nil deesse videretur; placuit tamen nonnullis Synceris Veritatis Amatoribus & meam super hac controversia mentem explorare, eandemque, ut adductis rationibus firmarem, amicissimè expetere. Potuissem equidem in hoc Sententiarum conflictu reponere, aut illud Maronis (b)

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Vel Claudiani illud: (c)

*Audebisne precor doctæ subjecta Catervæ,
Inter tot Proceres nostra Thalia loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celsius actam,
Vel servâsse labor, vel minuisse pudor?*

Verùm enim verò nefas visum, Veritatem manifestè agnitam suo calculo defraudare, eique tergum obvertere: & duxi

Turpe laborantem deseruisse ratem; (d)

Hinc nunc jam non alio, quàm vindicandæ Veritatis studio (itâ me ipsa Veritas amet) Mentem meam per complusculas Demonstrationes Morales (Metaphysicas in hâc Morali Materia nemo sanæ mentis à me exegerit) clarissimè pandam. Nec dubito fore, ut per has discussis nebulis Veritas liquidissimè illucescat, pateâtque omnibus, quod dispositio *capitis indemnitaribus* in hoc casu plenis passibus intret, non obstantibus falsissimis & ineptissimis *de Collegio Mixto, de vita Canonissarum singulari, deque contrariâ consuetudine Exceptiunculis* quas non veri investigandi studium, sed merissima contradicendi Libido, & dira necessitas Electionem perperam factam, à Naufragio liberandi, nuperrimè adinvenierunt, an excogitârunt? Ut autem ordinatius procedam (cum Ordo sit animæ inscriptionis) opusculum hoc ita geminas in partes dispertiam, ut prima ipsas propinet Demonstrationes, Objectiones diluat altera.

(b) Virgil. Eclogâ 3. in fine. (c) Claudianus in Prologo in Mallii Theodori consulationum. (d) Ovidius.

PARS PRIMA

PROPONIT

DEMONSTRATIONES MORALES.

CAPUT PRIMUM

Exhibet primam Demonstrationem.

DEMONSTRATIO PRIMA.



SI tempore Bonifacii VIII., qui *cum & in* Libro sexto condidit *C. Indemnitatibus*, Canonissæ Sæculares jamtum à vitæ communione defluxerint, teorsim habitârint, & passim cum Canonicis Capitula constituerint, tum Bonifacius VIII. in *C. Indemnitatibus. §. Supradictæ de Electis* 6. Comprehendit hujusmodi Canonissas Sæculares, scilicet singulatim extra communitatem viventes, & cum Canonicis Capitulum constituentes. Atqui &c. Ergo &c.

Numer.
2 dus.
Canonissa
Sæculares
tempore
conditi
Capituli In-
demnita-
tibus jam
separa-
tim habi-
tabant, &
cum Cano-
nicis Colle-
gium con-
stituebant.

Major est evidens; nam cum Bonifacii VIII. *C. Indemnitatibus. §. penult.* dicat per vocabulum *presentis temporis SUNT juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres*; utique agit de Mulieribus, vel Canonissis Sæcularibus **TALIBUS, QUALES** illo tempore aderant; propter Vocabulum **SUNT**: Si autem quæ illo tempore aderant, jamtum à communi vitâ desciverint ad singularem, & vulgò cum Canonicis unum Capitulum constituerint, utique de talibus agit Bonifacius, & non de illis, quæ dudum ante illa tempora communiter inter se, secretæ tamen à viris, victitârunt; & jam pridem extinctæ erant; quod illis applicari non posset Vocabulum **SUNT**; cum tales non essent amplius. Quo quid clarius?

Minor etiam moraliter certissima est, ita quidem, ut (quod in moralibus rarissimum est) nemo unus omnino Scriptor eidem contradicat; sed contra Testes pœne innumeri, imo integra Concilia eam extra omnes dubii limites ad usque supremum Moralis certitudinis culmen provehant.

Nam sicut in confesso est quod Bonifacius VIII. omnino sub finem sæculi decimi tertii vel Anno 1300. ut volunt aliqui, vel Anno 1299. ut alii; vel denique, ut alii Anno 1298, Librum *Sextum*, & in illo *C. Indemnitatibus*, ediderit; ita pariter in propatulo est, **CANONISSAS SÆCULARES** dudum ante finem

Seculi tertii decimi, dissolutâ vitâ communi ad privatam deflexisse, adscitis passim in Collegas Canonicis Secularibus; quod testibus innumeris, si libeat, evincere liceat. Sed ne infinitus sim, aliquam multos tantum [plures tamen, quam ad moralem Certitudinem requiras] in medium adducam.

Agmen ducat testis oculatus, omnique exceptione major Prælatus à Sanctitate vitæ, & ab exquisita scientiâ Longè super Æthera notus, Purpuratorum immortale decus, Cardinalis Jacobus de Vitriaco. Is in Agro Leodiensi inter Canonissarum Secularium Collegia in duodecimo sæculo natus, Canonissas per noscens Historiam Occidentalem, de qua mox, scripsit Anno 1220. teste Leuren. in *For. Benefic. part. 2. q. 722. n. 3.* scilicet octoginta circiter annis ante *C. Indemnitatibus*. At quàm clarum? quàm irrefragabile? quàm omni exceptione Majus hic nobis dat testimonium in rem præsentem? Illum sic inducit Carolus du Fresne in Glossario V. CANONICÆ. *Sed de SANCTIMONIALIBUS, quæ hodie CANONICÆ VOCANTUR, audiendus omnino Jacobus de Vitriaco in Historia Occidentali, c. 13.* Mox hæc ipsius verba recitat: AD IMITATIONEM, ET EXEMPLUM PRÆDICTORUM CANONICORUM IN PARTIBUS HANNONIÆ, ET BRABANTIÆ, ET IN QUIBUSDAM TEUTONICORUM, ET ALLEMANNORUM PROVINCIIIS, SUNT MULIERES, quas CANONICAS SECULARES seu DOMICELLAS APPELLANT. *Hæc siquidem adeò Personas accipiunt, quod non nisi Filias Militum, & Nobilium in SUO COLLEGIO volunt recipere; Religioni & morum Nobilitati sæculi Nobilitatem præferentes. Purpurâ autem, & bysso, & pellibus griseis, & aliis jucunditatis suæ vestibus induuntur, circumdata varietatibus cum tortis crinibus, & ornatu pretioso circumamicta. Pellibus autem agnitis quantumcunque subtilibus, & delicatis utuntur. CLERICORUM autem, & PUELLARUM, & Juvenum Servorum, etiam sibi ministrantium cinctæ obsequio [unde manifestè colligas, illas non amplius Anno 1220. in Claustris, vel strictè dictis Monasteriis habitasse] IN DOMIBUS PROPRIIS HONORIFICE & SPLENDEDE EPULANTUR; NEC DESUNT MENSIS EARUM CONSANGUINEI [eho! Ergo Canonissæ Seculares per Hannoniam, Brabantiam, Germaniam jam Anno 1220. habuerunt DOMOS PROPRIAS, in quibus splendidè epulabantur cum Consanguineis. Ergò non amplius in Monasterio strictè dicto uni accumbebant mensæ, nec communiter, sed singulatim, ut nunc, vivebant] Sunt autem in iisdem Ecclesiis pariter Canonici Saculares, in diebus Festis, & Solennibus ex altera parte Chori cum prædictis Domicellis canentes; & earum Modulationibus equipollenter respondere Studentes. Similiter in Processionibus composita, & ornata. Canonici ex una parte, & Canonice ex alia parte concinentes procedunt [Quibus amabo verbis clariùs exprimi poterat, mixturam Canonicarum & Canonicorum jam ante Bonifacii VIII. tempora viguisse?]* *Quædam*

Numer. 3tius. Luculentissimum Testimonium Cardinalis Jacobi de Vitriaco de Anno 1220.

dam autem ex ipsis, postquam diebus plurimis de Christi Patrimonio vixerunt,
 RELICTIS PRÆBENDIS ET ECCLESIIS CARIORIBUS SIBI PERSONIS
 MATRIMONIO COPULANTUR. Ergo Anno 1200. Canonissæ Sæculares
 jam suas privatas præbendas habuerunt. Ergo communi vitæ jam tum renuncia-
 tum fuit. Et certè quamdiu vitæ communio obtinuit, nefas fuit Canonissana
 ad carnales Nuptias aspirare, ut numerus 12mus demonstrabit. Pondera hinc
 quisquis Veritatem amas, hoc tanti Viri testimonium, quo [cùm Anno 1209.
 Germaniam, Belgium, & Galliam Prædicando contra Albingenses hæreticos
 cruciatam, obierit] nemo Canonissarum Belgicarum, nemo Germanicarum
 Statum potuit habere perspectiorem. Confer hic modum loquendi Cardinalis
 de Vitriaco: *Ad Imitationem, & Exemplum Prædictorum Canoniorum in*
Partibus Hannonie, Brabantia, & in quibusdam Teutonicorum, & Aleman-
norum Provinciis: SUNT MULIERES &c. cum modo loquendi & verbis
Bonifacii VIII. C. Indemnitatibus. §. penult. SUNT juxta quarundam Provincia-
rum consuetudinem MULIERES, quæ &c. vivunt ut in Sæcularibus Ecclesiis Ca-
nonici Sæculares &c. confer hæc inquam, & cogita, an non Pontifex, dum
 capitibus *Indemnitatibus. §. penultimum* condidit, textum, & Verba Cardinalis
 in rebus Belgicis, & Germanicis versatissimi præ oculis habuisse videatur?
 Tu verò, qui soli tantum nubem inducere, & veritatem occulere laboras, quæ
 fronte in posterum negabis, Canonissas Sæculares jam ante capitibus *Indemnitatibus*
Dispositionem, abdicatâ Vitâ communi Singulatim habitasse, singulatim come-
disse; si perpendas verba Cardinalis: Clericorum autem & Puellarum, & Ju-
venum, Servorum etiam sibi ministrantium cincta obsequio, IN DOMIBUS
 PROPRIIS HONORIFICE, ET SPLENDE EPULANTUR; NEC
 DESUNT MENSIS EARUM CONSANGUINEI? Si in Domibus propriis
 inter CONSANGUINEARUM TURBAM, INTER CLERICORUM,
 PUELLARUM, SERVORUMQUE MINISTRANTIUM GREGES, splen-
 dide jam circa Annum 1200. epulatae fuerint; adhucne somniare audebis, eas
 Claustro, seu Monasterio præse dicto sepræ, uno Refectorio pastas, unis in
 officinis occupatas, vitam communem sub Annum 1300. degisse?

Quo ore inficiaberis eas tempore Bonifaciano passim Canonicis immixtas fuisse,
 si mediteris Cardinalis verba: SUNT AUTEM IN IISDEM ECCLESIIS PA-
 RITER CANONICI SECULARES &c. &c.? An non ex descriptione ista
 Cardinalis ad summam evidentiam liquidissimè patet jam ante tempora Bonifa-
 ciana Canonissas Sæculares, ut modò Freckenhorstenses, abjectâ Vitâ communi,
 seorsim in propriis ædibus habitasse, in propriis ædibus comedisse, & cum Canonicis
 unum in iisdem Ecclesiis Capitulum constituisse? Certè vel solius tanti Cardinalis
 testimonium (cùm versetur in antiquis, in quibus leviores probationes, Mascar-
 dus de probation. Conclus. 103. n. 12. imò privata etiam scriptura, fidem facit
 Capyc.

Capyc. *decif.* 82. n. 4. *Decius in c. cum causam. limit. de probation.*) ad plenum triumphum sufficeret.

Numer. Sed cùm testibus abundemus, post Agminis Ducem plenum testium Agmen
4tus. succedat.

*Praclaris-
simum Te-
simontum
Concili
Rhemenfis
de Anno
1148.* Prodite itaque in scenam Patres Reverendissimi & Prælati omni fide Dignissimi, quotquot Anno 1148. sub Eugenio III. in Concilio Rhemenfi II. Canonem 4. in hæc verba condidistis: *Ad majorem autem domus Dei decorem adjicientes statuimus; ut SANCTIMONIALES, & MULIERES, QUÆ CANONICÆ nominantur, & irregulariter vivunt, juxta Beatorum Benedicti, & Augustini rationem, vitam suam in melius corrigant, & emendent. Superfluitatem & inhonestatem Vestium recidant, & in claustro sint assiduò permanentes. Choro, Refectorio & Dormitorio sint contentæ; & relictis Præbendis & aliis propriis earum necessitatibus, DE COMMUNI provideatur & c. prohibeantur etiam, ne in earundem COLLEGIIS aliqua, quæ irregulariter victura sit, recipiatur.*

Nempe quotquot hunc Canonem sanxistis, Testes mihi locupletissimi, & luculentissimi estis, CANONISSAS SECULARES desertâ vitæ communionem jamtum Anno 1148. adeoque plus, quàm centenis & quinquagenis Annis ante editum Librum *Sextum* Decretalium, Capitulumque *Indemnitatibus*, IRREGULARITER, ut & nunc, victitasse; *Communi Refectorio & Dormitorio* nuntium misisse, ex Præbendis privatis seorsum & privatim, ut nunc, se exhibuisse, seu sustentasse; alias enim frustra à Concilio jussæ fuissent, relictis singularibus Præbendis, ad communem Vitam, ad commune Refectorium, ad commune Dormitorium postliminio redire.

Nec ipsi, quod summopere demiror, Adversarii rei evidentiam convicti negare sunt ausi, in Concilio Rhemenfi de quæstionis actitatum esse Canonissis; nam in *Restrictu Facti & Juris in 3tiâ Propositione n. 26.* ipsismet, incautis sanè, hæc veritas, & hæc verba sunt elapsa de Canonissis Sæcularibus: *De his extat Decretum Concilii II. Rhemenfis Anno 1148. sub Eugenio IV. (fuit tertius) ibi ad Majorem domus Dei decorem & c.* ubi recitant Decretum supra à nobis relatam. Si autem ipsimet Adversarii clarâ Veritate convicti, concedere sunt coacti, hoc Concilium de controversis Canonissis agere, ineluctabili consecutione pressi pariter concedere adiguntur; quod jam Anno 1148. Canonissæ Sæculares à pristinae vitæ communionem desciverint, degenerarintque. Quod si fortè dicerent, Canonissas postliminio ante Annum 1300. retulisse pedem, & ad communem vitam rediisse, id cùm facti sit, ipsis incumbet probatio. *L. in bello, 12. §. facti. ff. de captiv. & postliminio revers. L. 1. C. de probationib.* Quam probationem antequam fecerint,

Terra feret stellas: Cælum findetur aratro. (2)

Contrarium constat ex Cardinale Jacobo de Vitriaco, quem *Num. 3.* retulimus,

(a) *Ovidius.*

restan-

restantem liquidò, quòd Anno 1200. apud Canonissas vix vestigia Vitæ communis superârint. Tantum abest, ut ad Vitæ antiquam communionem se penitus receperint. Ab Anno autem 1200. Canonissæ Seculares adusque præsentia tempora, & in hanc horam pergunt neglectâ communitate, ut ipsi videmus, singularim passim habitare, & ex privatis Præbendis privatim vivere.

Et verò, si in initia defectionis à vitâ communi factæ curiosiùs inquiram; invenio jam ante Annum 1138. vitam communem à Canonissis Secularibus abdicatam fuisse. Quod ut evincam certiùs, *Millenos prope Testes* (tot scilicet, quot Patres Concilium Generale Lateranense decimum, Authore Severino Binio in Conciliis Generalibus Anno 1618. editis, in notis ad prædictum Concilium sub Innocentio Papa II. concelebrârunt) in hoc Veritatis & Justitiæ Theatrum produco; nam hi Testimonium Veritati, quâ de hic quæritur, apertè perhibuerunt; dum in Synodo istâ Canonem vigesimum sextum in hæc verba procudêrunt. *Adhac perniciosam, & detestabilem CONSUETUDINEM* (en jam Anno 1139. CONSUETUDO erat) *quarundam Mulierum* [Mulierum vocabulo, ut Bonifacius VIII. in *C. Indemnitatibus*, ut Cardinalis Jacobus de Vitriaco, ut Concilium Rhemense, ita & hîc Lateranense, contra Personas alias Nobilissimas, & sæpè Regum Filias, quod à pristinâ vitæ Sanctitate, & communi defecerant, contemptim utitur] *Quæ licet neque secundum Regulam S. Benedicti, neque Basilii aut Augustini vivant, Sanctimoniales tamen vulgò censeri desiderant, aboleri decernimus; cum enim juxta Regulam degentes in Cœnobiis, tam in Ecclesia, quàm in Refectorio atque Dormitorio Communitè esse debeant, NB. propria sibi edificent Receptacula, & privata Domicilia.* Viden! ut jam Anno 1139. tempore Concilii Lateranensis à Communitate recessum fuerit? agere autem hîc Concilium de Canonissis Sæcularibus; magis liquet ex Canone sequente, & vigesimo septimo (Decretum Gratiani utrumque Canonem in unum contraxit *Can. Perniciosam 25. Caus. 18. q. 2.*) ibi: *Simili modo prohibemus, ne Sanctimoniales simul cum Canonicis & c. in Ecclesia in uno Choro conveniant. Quæ autem unquam Sanctimoniales cum CANONICIS, quàm CANONISSÆ in Ecclesia in uno Choro convenîre?*

Nec te nisi Ecclesiasticæ Historiæ sis planè rudis, SANCTIMONIALIUM nomen, ullo pacto offendet; nam nil usitariùs olim fuit, quàm id nominis Canonissis indere. Nomine Sanctimonialium Canonissæ veniunt in Concilio *Cabillonensi II.* sub Leone III. & Carolo Magno, Anno 813. c. 53. ibi: *Libuit namque huic Sacro Conventui quasdam admonitiunculas breviter EIS SANCTIMONIALIBUS scribere, quæ se Canonicas vocant; Quoniam hæ, quæ sub Monastica Regula normâ degunt, totius Vita sua Ordinem in eadem, quam profitentur regula, scriptum habent. Pergit Concilium eas Sactimoniales nominare c. 56. ibi: Neque Abbatisa, neque aliqua Sanctimonialium cum quibusvis*

Num. 5.
Adducuntur testes prope Mil-
leni, em
Concilio
Generali
Lateran-
ensi, tes-
tantes Ca-
nonissas
jam Anno
1139. à
vitacom-
muni, ad
privata-
tam trans-
isse.

Et Canonis-
cis immix-
tas fuisse.

Num. 6.
Canonissa
primus
passim sunt
Sanctimo-
niales ap-
pellant.

B

Masch

Primò à
Concilio
Cabillo-
nenfi.

Abstinen-
dum illis à
Colloquiis
Masculo-
rum ;

Nec licebat
foras pro-
dire.

Sanctimo-
nialium
nomen. &
Concilium
Mogunti-
num,

Et Aquis-
granense

Et Rhe-
menfe Ca-
nonicabus
impertit.

Num. 7.
Tota Anti-
quitas Ca-
nonem
Pernitio-
sam.
De Cano-
niffis in se-
lexis.

Masculis ullum Colloquium habeant, nisi fortè &c. &c. idem illis nomen bis datur Cap. 57. repetiturque cap. 58. 59. 61. 62. quibus omnibus Capitibus Concilium ex professo tantum de Canoniffis agit.

Hoc nomine Canoniffa veniunt in Concilio Moguntino eodem Anno 813. cap. 13. ibi : *Abbatiffas autem cum Sanctimonialibus omnino rectè & justè vivere censemus, qua verò Professionem Sancta Regula Benedicti fecerunt, regulariter vivant; Sin autem; CANONICE VIVANT pleniter, & sub diligenti cura custodiam habeant, & in Claustris suis permaneant, neque foris exitum habeant: sed & ipsa Abbatiffa in Monasteriis se contineant, nec foras vadant.* Hoc nomine Canoniffa veniunt in Concilio Aquisgranensi, quod triennio post scilicet Anno 816. tempore Stephani Papæ, & Ludovici Pii Imperatoris celebratum, integro Libro primo Canonice, toto autem Libro secundo, Canonicabus vivendi normam præscribit, ut videre est Tomo 2. Conciliorum Lutetiæ per Labbæum & Cossartium Anno 1671. edito. Ubi Libro secundo Canoniffa passim SANCTIMONIALES nuncupantur. Et quidem in præfatione dicitur : *Hanc Constitutionem Sacer Conventus Anno Incarnationis Domini 816. in Aquisgrani Palatio, ob animarum SANCTIMONIALIUM CANONICE DEAGENTIUM Salutem &c. in unum conegit, atque SANCTIMONIALIBUS tenendam, servandamque percensuit.* Idem Sanctimonialium nomen Canoniffis illic imponitur in Indice [qui Libro 2. præfigitur] quàm sapissimè, ut cap. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 20. 21. in contextu verò sine numero.

Hoc nomine Canoniffa veniunt in Concilio Rhemenfi Anno 1148. Can. 4to. ibi : *Statuimus ut Sanctimoniales, & Mulieres, qua Canonice vocantur. vide supra num. 4.* Hoc nomine Canoniffa veniunt apud Antiquos Autores, Historicos & Canonistas (ut eos perlegenti patebit) tantum non infinities. Hinc an Sanctimonialium nomen primitus Canoniffis vulgò communicatum sit, solus ignorat; qui nec Historiam, nec Antiquos Canonistas primo à limine salutavit. Quid igitur miri, si Canoniffa Anno 1138. tempore Concilii Lateranensis sub initia defectionis à vita communi nomen SANCTIMONIALIUM à Conciliis primitus datum retinere, & SANCTIMONIALES vulgò censi desideraverint? etsi fortè postea, quando sub nomine Sanctimonialium à Lateranensi Concilio fulminata erant, à nomine illo fatali Sanctimonialium penitus abhorruerint, & Canoniffa Seculares, quàm Sanctimoniales appellari maluerint, maximè, ut à quibus vita omninò dissidebant, ab illis & nomine id temporis fecernerentur.

Et ut certior sis Canone perniciosam, non alias, quàm Canoniffas tangi, scito ita totam censuisse Antiquitatem; cui utique, dum in Antiquis versamur, plus, quàm homuncionibus heri natis tribuendum est.

Ita censuerunt, qui cum primis in Jus Canonicum Commentati Antiquissimi Glossatores, Joannes nomine & Natione Teutonicus Friburgo oriundus, Epi-

Episcopus Boffinensis, Glossator Decreti : Et *Bartholomæus Brixinensis*, Juris-consultorum sui temporis Princeps, qui ita Scribit in *Canonem Quicumque ult. XII. q. ult. Argumentum est hîc pro Sanctimonialibus Teutonia*, qua possunt habere propria &c. tamen talium Vita condemnatur *XVIII. q. 2. Pernitiosam* Joannes intelligit autem Joannem Teutonicum.

Nomina-
tim Joani-
nes Teu-
tonicus,
& Bar-
tholo-
mæus
Brixin-
ensis, ex
primis Ju-
ris Canonici
interpre-
tibus,
Cardinalis
Hostiensis,
Archidia-
conus Gui-
do de Bayse

Ita censuit Cardinalis Hostiensis, Henricus de Segusia, **FONS UTRIVSQUE JURIS DICTUS**, teste Morero in Magno Dictionario Historico *V. Bartholomæus de Suse*. Censuisse autem ita Hostiensem testes locupletissimi sunt Joan. Andr. in *C. Dilecta de Majorit. & Obed. in pr. & Cardinalis Zabarella ibidem*, quorum verba adhuc hoc numero dabimus. Ita censuit Glossa [quæ sufficit pro textu, quando textus deficit, ut dicebat Imola in *L. 1. ff. de Vulgari & Pupillar. Substit.*] in *Clem. attendentes 2. de Statu Monach. V. Canonissæ Seculares*. ibi : de his de *Electio. C. Indemnitatibus. §. penult. L. 6. & subdit V. approbare : imo reprobari videntur. XVIII. q. 2. pernitosam*. Ita censuit Archi-Diaconus [cujus opinio super sextum decretalium prævalet omnibus aliis secundum Rotam in antiquis Decis. 343.] in *C. Indemnitatibus de Elect. in 6. in fin. ibi : Appellantur Canonice de Major. & Obed. dilecta. Non approbata, eò quòd pernitosus est earum Status. XVIII. q. 2. pernitosam*.

Ita censuit Joannes Andreae, Juris-Consultus Doctissimus, teste Cardinale Bona, *Lucerna Juris* nuncupatus, Teste Wex in *Ariadne Carolina part. 1. tab. 2. Membr. 4.* Sententiam autem suam plurimis locis, & libris clarissimè expressit. Primò quidem in opere illo, quod admodum juvenis in *6tum* scripsit. in *C. Indemnitatibus V. Provinciarum*. ibi : *Ut in Teutonia, & vide quod notat Joannes*. Scilicet Teutonicus, quem supra hoc num. retulimus dicentem Canonissas Canone *Pernitosam* perstrictas. 2dò in *Novella*, quam adultior conscripsit, in *C. Indemnitatibus V. Statum*. ibi : *Qui condemnatus videtur XVIII. q. 2. pernitosam*. 3tò in *Clem. Attendentes 2. de Statu Monach. V. Approbata*. ibi : *imò reprobata videntur XVIII. q. 2. pernitosam*. 4tò in *c. dilecta de Majorit. & Obed. in princ.* ibi : *In aliquibus talibus Ecclesiis habent & Canonicos, qui licet à Mulieribus habeant Chorum divisum, simul tamen conveniunt in Processionibus, utinam non in latebris, quod periculosum est c. 1. de vit. & honest. Cleric. Monasteria. XVIII. q. 2. pernitosam. Hostiensis.* En quoties ille Canonistarum Phœnix Joannes Andreae, Canonissas ad *Canonem pernitosam* referat!

Joannes
Andreae.

Ita censuit *Dominicus à S. Geminiano*, vulgò *Geminianus appellatus*; qui sui temporis *Excellentissimus Canonista juxta & Jurista* audiit. Morer. *L. c. V. mus*, *Dominique di S. Geminiano* is Mentem suam clarissimè expressit primò in *Can. Quicumque ult. XII. q. ult.* ibi : *Notat Glossa, quod reprobari videtur earum Status, Ordo, & Regula in c. pernitosam. hîc allegato. Et 2dò in c. Indemnitatibus §. supradicta. ibi : Quæro an Status istarum sit damnatus à Jure & dic quod sic.*

Geminia-
temporis
Excellentissimus
Canonista juxta
& Jurista audiit.
Morer. L. c. V. mus,
Domingue di S. Geminiano
is Mentem suam
clarissimè expressit
primò in Can.
Quicumque ult. XII. q. ult.
ibi : Notat Glossa,
quod reprobari
videtur earum
Status, Ordo, &
Regula in c. pernitosam.
hîc allegato. Et 2dò
in c. Indemnitatibus
§. supradicta. ibi :
Quæro an Status
istarum sit damnatus
à Jure & dic quod
sic.

Cardinalis Zabarella, XVIII. q. 3. *pernitiosam*. Ita censuit magnum illud & memorabile inter Canonistas nomen, Cardinalis Florentinus Franciscus Zabarella, primò in *C. dilecta. de Major. & Obed.* ibi: *Nota quod Abbatisa quandoque habet Clericos sua Jurisdictioni Subjectos, & dicit Hostiensis, quod quandoque habeat Canonicos, qui licet à Mulieribus habeant Chorum divisum, simul tamen conveniunt in Processionibus, & utinam non in latebris quod periculosum est. de vit. & honest. Clericor. Monasteria. XVIII. q. 2. pernitiosam.* 2dò. in *c. Attendentes. §. Illas.* ibi: *Nota, quòd Canonica Seculares non sine approbata imò reprobati videntur, ut dicit Glossa: scilicet per Can. pernitiosam.* Taceo plurimos alios in re antiqua, in quâ omnes Antiqui conspirant. Et erit ex Neotericis Sciolus aliquis qui tantis Juris Antistibus & Patriarchis obstrepere, & dicere audeat CANONISSAS SECULARES Canone pernitiosa. haud tactas esse?

Num. 8. Si autem tactæ sint; necessariâ inde consequentiâ pronò, ut ajunt, alveo fluit; quòd Canonissæ jam Anno 1139. centum & sexaginta plus minus annis ante Natales Libri sexti, & Capituli Indemnitatibus propria sibi edificarint Receptacula, & privata Domicilia; quòdque cum Canonicis in eadem Ecclesia, imò in uno Choro, diversis tamen lateribus, convenerint; id enim asseritur & vetatur *can. pernitiosam.* Nec refert, quod, quas damnat Canon. *Pernitiosam*, easdem postea toleret *Caput Indemnitatibus, & Clem. Attendentes*; nam multiplex ad hoc responsio est: damnabat Anno 1139. Canon. *Pernitiosam*, CANONISSAS SECULARES, non præcisè ideo, quia propria sibi edificabant Receptacula, & privata Domicilia; sed idèd potissimum, quia in illis *SUB HOSPITALITATIS VELLAMINE* passim hospites (ut pergit Canon) & minùs Religiosos contra Sacros Canones & bonos mores suscipere nullatenus erubescant. Et hanc causam ipse Canon apertissimè mox subjicit dicens: *Quia ergo omnis qui malè agit, odit lucem, & ac per hoc ipsa abscondita in injustorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos Judicis cuncta cernentis; hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne ulterius fiat, omnimodis prohibemus, & sub pœna Anathematis interdiciamus.* Quid mirum, si Canonissæ sub Annum 1139. ita vixerint, ut describuntur, & Laterano fulmine sint afflatæ, damnatæque? quæ utique Damnatio tempore Bonifaciano sub finem seculi decimi tertii cessare potuit, & debuit, cessante Damnationis causâ, inhonesto scilicet, detestandòque suspectæ conversationis flagitio. Si enim Canonissæ Anno 1300. criminis non habuerint Societatem cum Canonissis Anni 1139; quomodo damnationis consortio involvi cum illis poterant? certè quæ non participabant in delictis, nec pœnarum participes fieri addecut; quia pœna non nisi fontes premit. *L. Sancimus C. de pœnis. & noxa caput sequitur. L. Crimen. 26. ff. de pœn.* Si Canonissæ sub annum 1139. tam suspectam exeruerint hospitalitatem; meritò in illas jurâ sunt armata: si autem vel ipsæmet Reæ posterioribus temporibus se à suspectissimâ illâ hospitalitate abstinuerint, æquum

æquum erat, ut jura vel cum his ipsis emendatis mitius agerent; cum peccati venia detur correcto. c. peccati venia S. de Reg. Juris in 6.

Et quid, si Canonissæ solis Germaniæ, Belgii, & Lotharingiæ finibus clausæ, & Italis parùm notæ, in Romano Concilio Anno 1139. supra meritum suum apud Congregatos Patres denigratæ & diffamatæ fuissent; an non, posteaquam de illarum vita, & moribus etsi non ad summam perfectionem exactis tolerabilibus tamen, Sedi Apostolicæ constitit, cum illis connivendum fuit?

Quam non graviter, & inclementer Clemens V. cum toto Concilio Viennensi, & Clem. cum de quibusdam. de Religios. Domibus, & clem. ad nostram. de hæreticis. Excandescit in Beghinas? cum varii illis impingerentur errores duabus istis Constitutionibus diffusius relati, Papa cum Concilio hanc in Beghinas fulminavit Sententiam. Clem. cum de quibusdam cit. Nostam ex his, quàm ex aliis, de ipsarum opinione sinistra, frequenter auditis, eas merito suspectas habemus: Statum earundem Sacro approbante Concilio perpetuè duximus prohibendum, & à Dei Ecclesia penitus abolendum. En Beghinarum statum Clemens V. cum universo Concilio perpetuè prohibet, & penitus à Dei Ecclesia abolet. Hoc tamen non obstante immediatus Clementis V. Successor Joannes XXII, qui ipsas Clementinas primus promulgârat, cum habitâ accuratiore informatione intellexit multas esse in variis Orbis partibus Beghinas, quas objectorum errorum suspicio non afflaret, editis literis Extrav. ad Rectam de Religios. Domibus inter communes: declaravit has communi prohibitionis, & abolitionis fulmine nequaquam ictas. ibi: Beghinas hujusmodi inculpabiles, ut præmittitur, nec suspectas, sub prohibitione, & abolitione præmissis de Fratrum nostrorum Consilio declaramus, & volumus non includi & c. Cæterum Statum Beghinarum hujusmodi, quas esse permitimus & c. Nullatenus ex præmissis intendimus approbare. Hactenus Papa: quâ de re vide prolixius Vanespen. Juris Eccles. Univ. part. 1. tit. 9. num. 15. Quod paradoxum jam foret, si Pontifex Canonissas, ut Beghinas, primò damnatas, captâ postea meliore informatione, saltem quâ integræ vel tolerabiles erant, tolerârit?

Num. 9.
Beghina
primitus
generaliter
sunt dam-
nata:
postea mul-
ta tolerata.

An non Ordo Religiosus Divæ Brigidæ haud diu post ortum suum, de facto à Papa Martino V. tanquam Sanctorum Patrum Decretis, & Canonicis Sanctionibus [quod complecteretur Mares & Feminas juxtim habitantes] revocatus jamtum fuit? testatur id testis omni exceptione major, qui revocationis effectum ipse tempestivè impedivit, Juris - Consultissimus Abbas Panormitanus primâ parte Consiliorum. conf. 8. in medio. ibi: Cùm ipse Dominus Papa Martinus V. hodiernus, & Expressè in suis Literis Revocatoriiis asserat, & per illam Regulam duplicia Monasteria constitui, contra Jus prohibitionis, & in fine: In Casu nostro Papa dixit & in Dictis Literis Revocatoriiis & quod in Regula Sancta Brigida, inter alia capetur expres è, ut Monasterium hujus Ordinis fundandum, & construendum

Num. 10.
Ordo S.
Brigida à
Martino V.
primo re-
vocatus,
postea posi-
tivè est ap-
probatus.

dum pro habitatione FRATRUM & SORORUM debeat esse DUPLEX; quod reipsa falsum est, quia si bene inspiciantur verba Regula, ista MONASTERIA non possunt dici DUPLICIA; sed Monialium; ut supra dixi. Sed NB. Dominus Papa sic ex FALSA RELATIONE potuit verosimiliter esse deceptus cum NB. dicta Regula consistat in facto, & non in jure. Arg. c. 19. de constit. in 6.

Num. 11. Pontifex errare potest, errore facti.

Et tamen idemmet Papa Martinus V. melius per hunc Abbatem [qui suis temporibus post Joannem Andreae Lucerna juris dicebatur teste Wex. in Ariadne Carolin. loc. cit.] illuminatus, seu informatus cassatis Literis Revocatoris Ordinem S. Brigidæ, quem aliàs extinctum voluit, non tantum postea toleravit; sed & positivè approbavit. Vidi [ait Abb. loc. cit.] post hoc consilium literas bullatas Domini Martini, confirmantes prædictam Religionem secundum decisionem hujus Consilii. Si autem idem Ordo S. Brigidæ ab eodem Papa Martino V. revocari, & confirmari potuit; an non & Canonissæ Anno 1139. damnari; anno autem 1300. tolerari potuerunt? maximè si se aut purgâint, aut emendârint?

Num. 12. Adde quod sub initium publicæ defectionis à vita communi, & claustrali uni Dormitorio, uni Refectorio, & Domicilio assuetâ, insuperque votis saltem castitatis illigatâ, & perpetuam in Monasterio Residentiam professâ [ut fuscè ex Concilio Aquisgranensi probat Vanespen. 7. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. à n. 6.] ad singularem omnibus pænè Legibus solutam, maximis periculis obnoxiam, contra Votum Castitatis usque adeo ad Sacrilegas Nuptias aspirantem, poterat utique per Canonem Pernitiosam. Similèsque in Vocifragas, suæque Professionis immemores Canonissas, justissimè fulminari & detonari: At centenis post generalem illam defectionem, & ultra annis, quando jam vita singularis legitimo tempore præscripta, Pontificum, Cæsarumque conniventia, saltem tacitè, comprobata, pacificè possidebat; non debebant certè in Canonissas, nullo voto obstrictas, vitæ communi nunquam juratas, nunquam iniciatas, separatim quidem, honestè tamen, & laudabiliter victitantes, temerè damnationis spargi fulmina.

Quare primitus Canonissa à communitate deficientes, merito sint damnata, postea tamen tolerata.

Num. 13. Vestem Religiosam in propriis aedibus gestare licebat.

Maximè cum & singulatim & sanctè pariter vivere nihil veteret. Et ipsa Jura permittant Feminis usque adeo vel Vestem Religiosam in propriis aedibus gestare. can. Mulieres 131. XXVII. q. 1. Mulieres obtentu Religionis velata, aut in Monasterio regulariter vivant, aut in DOMIBUS SUIS SUSCEPTUM Habitum castè observent & Canone Vidua. XX. q. 1. & can. de Viduis 107. XXVII. q. 1. & cap. insinuante, qui Clerici vel vovent. & cap. ex part. 1. l. 2. de conversione conjug. Et quantæ hodièque Virgines, quas Devotas vocant, quantæ Canonissæ in privatis aedibus suis, non vivunt sanctissimè! Et hinc mirum non est Canone Pernitiosam. damnatas Canonissas, juratæ communionis, & Castitatis Desertrices, insuperque de periculosa hospitalitate suspectas; toleratas contra Capite Indemnitatibus. & clem. Attendentes. Canonissas nulli communitati juratas, nullo voto obstrictas, singulatim quidem, sed inculpabiliter victitantes.

Quare

Quare cum nihil obstat, quò minus & Canone *Pernitiosam* & C. *Indemnitate*. & *Clem. Attendentes*. de Canonissis Sæcularibus actum sit, credamus *Joanni Teutonico*, credamus *Bartholomæo Brixinensi*, credamus *Cardinali Hostiensi*, credamus *Glossæ*, credamus *Archi-Diacono*, credamus *Joanni Andrea*, credamus *Cardinali Zabarella*, credamus *Geminiano* [quantis nominibus! quantis *Justitiæ Sacerdotibus!* quantis *Juris Canonici interpretibus*] credamus denique *toti Antiquitati* asserenti Canonissas Sæculares *Canone Pernitiosam*. esse perstrictas. Quod si credimus, pariter fateamur, necesse est; Canonissas Sæculares jam Anno 1139. *Propria sibi adificasse Receptacula, & privata Domicilia* & pristinaeque longum vale dixisse communitati.

Fingamus tamen tantisper [ut causæ bonitati confisus, nihil non concedam Adversariis] fingamus inquam, errasse Summos *Juris Principes*, errasse totam *Antiquitatem*, in eo; quod Canonem *Pernitiosam*. in Canonissas Sæculares detorserit, quia fortè non tam illæ, quàm aliæ feminæ, suspectæ hospitalitatis infamiâ laborârunt, adeoque fulmen *Capituli Pernitiosam*, in se concitârunt; id tamen nemo sanæ mentis credet, tantos *Viros* cum tota *Antiquitate* tam turpiter tam palpabiliter tam enormiter errasse; ut auderent asserere, vel potius protervè, & imprudenter mentiri; Canonissas Sæculares jam Anno 1139. ut dicitur *Canone Pernitiosam*. à communi vita defecisse, *Propria sibi adificasse Receptacula, & privata Domicilia*, si nequidem adhuc seculo decimo tertio & sub initium decimi quarti, quando ista scribebant *Antiqui Glossatores*, Canonissæ Sæculares explosâ communitate *Propria sibi adificârunt Receptacula & privata Domicilia*. An non talia *Receptacula, & Domicilia* sub oculos cadere debebant? an non quivis *Autores* tales mendacii convincere potuisset? si dum scribebant, nulla adhuc extabant *propria hujusmodi Canonissarum Secularium Receptacula, nulla privata Domicilia*; sed bonæ Canonissæ eatenus uno *Clauastro*, uno *Refectorio*, uno *Dormitorio*, unis *Officinis* contentæ, communiter vixerint? An non tot nobilissima, tot ditissima, tot honoris sui tenacissima *CANONISSARUM SECULARIUM COLLEGIA* *Joanni Teutonico*, *Bartholomæo Brixinensi*, *Cardinali Hostiensi*, *Glossæ*, *Joanni Andrea*, *Cardinali Zabarella*, *Geminiano*, & innumeris aliis, tanquam atrocissimis *Calumniatoribus* *Actionem injuriarum* denunciâssent ex eo, quòd ab illis diffamatae essent, tanquam *damnatae Canone: Pernitiosam*; si nequidem sub *Annum 1139.* communitatem abjecissent; *propria Receptacula, & privata Domicilia adificâssent*, cum *Canonicis* nullam in *Ecclesiis* communicationem habuissent? credibilè est nullum unicum ex antiquis *Scriptoribus* Canonissas [si Anno 1139. in communitate constanter perstitissent, à *Canonicis* sat *sejunctæ* mansissent] à probrosâ *Capituli Pernitiosam* imputatione vindicaturum fuisse? an verosimile est, si revera aliæ, quam *Canonissæ, Sæculares* *Feminæ* *Canone Pernitiosam*. perstrictæ fuissent,

à ne-

Num. 14.
Incredibile,
Canonissarum
Principes, cum
tota Antiquitate,
errasse in eo,
quòd dicant
Canonissas in
privata
Domicilia
secessisse,
& cum
Canonicis
in eodem
Templo
convuisse.

à nemine Autore vetusto, prodendas fuisse? Non moverunt actionem tot Collegia: nemo unus Antiquus Scriptor Canonissas vindicavit: nullus ex vetustis Autoribus Mulieres alias, quàm Canonissas prodidit. Maneat igitur tanquam moraliter certissimum, quod Canon *Pernitiosam*. Canonissas feriat, quòdque idcirco illæ jam Anno 1139. debuerint relictâ communi vita *Propria adificasse Receptacula, & privata Domicilia, & cum Canonicis in Ecclesia convenisse.* Imò & per diu jam ante Annum 1139. antè que Concilium Lateranense à communitate per Canonissas recessum est. Nam gravissimi, & primarii Juris Interpretes, usque ad eò Canonem *Quicumque ult. XII. q. ult.* [qui in Concilio Triburien- si in Villa Regia, prope Moguntiacum, celebrato, vel Anno 1035. in ultimo Concilio Triburien- si, vel anno 895. in primo, conditus est] Canonissis Secularibus à communi vita digressis, apertè applicant.

Num. 15.
Canonissa
jam tempo-
re Concilii
Triburien-
sis, prope
Mogunti-
am, cele-
brati, vi-
sam com-
munem ab
dicaverant

Testibus
Antonio à
S. Georgio,

Dominico
à S. Gemi-
niano,

Archidia-
cono Joan-
teutonico,
Bartholo-
mao Brix-
mensi, Ber-
nardo
Compostel-
lano,

Num. 16.
Canonissa
una cum
Canonicis

Audiat Celeberrimus, & Perantiquus Juris Canonici Commentator, Joannes Antonius à S. Georgio Episcopus Sabinensis, Cardinalis Alexandrinus nuncupatus: Verba illius in Canonem *Quicumque* citatum sunt: loquitur [scilicet Canon] de quibusdam *Monialibus*, quales sunt in terra *Teutonicorum*, quæ propriis non abrenunciant, & sicut Clerici *Seculares* propria habent, & NB. *SINGULARITER VIVUNT*. Hugo *Nec sunt Monacha; sed Moniales, & Canonice Seculares; & tales possunt condere Testamenta.* ubi nota Verba *Singulariter vivunt*, & verba: *nec sunt Monacha; sed Moniales & Canonice Saculares.*

Eundem Canonem *Quicumque*. eisdem pœnè verbis Canonissis *Sæcularibus* appropriat Eruditissimus Dominicus à S. Geminiano in d. Canonem *Quicumque*. ita scribens: de his *Mulieribus* loquitur hoc *Capitulum & Capitulum. Virgines XX. q. 4. secundum Hugonem; loquitur enim de Mulieribus MONIALIBUS*, quæ propriis non renunciant, & sicut Clerici *Seculares* propria habent: *nec sunt MONACHÆ; sed MONIALES, & CANONICÆ SECULARES &c.* Notat Glossa in *Clem. Attendentes. vers. illas* quoque de *Statu Monachorum; quod reprobare videtur earum Status, Ordo, & Regula in hoc C. Pernitiosam allegato.*

Idem *Capitulum. Quicumque*, dum in illud scribunt, Canonissis *Sæcularibus* attribuunt, Archidiaconus Joannes Teutonicus, Bartholomæus Brixinensis. Idem Canonissis applicat Bernardus Compostellanus vetustissimus Commentator in *C. Dilecta. de Major. & Obedient.* Usque ad eò sub idem tempus, quo Canonici à vita communi deficere cœperunt; & Canonissas communitati obnunciâsse, & eadem ruinâ ad vitam singularem paulatim devolvi cœpisse, communis fert Sententia.

Admodum, inquit Vanespen. L. c. n. 12. *Verosimile apparet, quod sicuti Canonici &c. desertâ vitâ communi transiverunt ad vitam singularem; ita quoque CANONICÆ CIRCA IDEM TEMPUS à vita communi transire cœpe-*

vint ad vitam singularem. Sicut CANONICI (verba sunt Molani de Canonicis cap. 15.) à veteri illa regula disciplinâ plurimum recesserunt, ita & Canonicas hâc in parte sequaces habuerunt. Et ne mireris feminas ad deteriora statim secutas cum etiam exemplo Evæ in omne præire soleant malum.

Jam autem Canonici circa annum 977. communem vitam deposuerunt, ut habet communis sententia Historicorum cum Trithemio Abbate Spanheimensi; qui in Chronico Hirsauensi ad annum nongentesimum septuagesimum septimum, hâc de re & de Archi-Episcopo Trevirensi ita scribit: Sub Theodorico Canonici Majoris Ecclesiæ, Trevirensis scilicet, abjectâ Regulari vitâ, quam hucusque Majores eorum continuaverunt, desierunt esse REGULARES; & NB. FACTI SUNT NOMINE & CONVERSATIONE SECULARES. Quorum exemplo malo CANONICI quoque S. Paulini Trevirenses & Castoris in Confluentia, Moguntinenses, Wormaticenses, Spirenses & NB. COMPLURIUM ALIARUM ECCLESiarUM diversis quidem temporibus, sed uno impietatis spiritu, Regularis vitæ communitatem abjecerunt. De qua defectione vide plura infra Num. 25.

Unde si Canonice unâ cum Canonicis jam circiter annum 977., singularem vitam amplexæ sint; sequitur infallibili calculo, plus quàm ipsis trecentis annis, ante Capitulum Indemnitatis. vitam & habitationem singularem amplexas.

Certè constat celeberrimum Illustrissimum & Antiquissimum, quod Nivellæ in Belgio est, Canonicarum Secularium Collegium, jam anno 1059. communitate vivendi excidisse: Notat Aubertus Myraus (verba sunt Vanespeni § E. V. part. 1. tit. 33. cap. 2. n. 11.) Collegium Canonicarum Nivellense, quod inter Belgica Canonissarum Collegia videtur antiquissimum, in communiione bonorum ac possessionum usque ad annum 1059. perstitisse, quo anno, ait, prædia illius Ecclesiæ in tres portiones Henrico quarto Imperatore agente fuerunt divisa: in Xenodochium, in Beneficium Abbatissæ, & in Prabendas 72. Fratrum, ac Sanctimonialium. Divisionem istam Lottarius Imperator Anno 1136. approbavit. Hac Myraus in notis ad calcem indicis Collegiorum Canonicarum, qui habetur in Codice Regularium. Utrumque illud Diploma transcripsit in Notitia Belgii c. 89. & 347. pergit Vanespen. l. c. hinc habemus, quod circa Seculum undecimum proventus Canonica- rum cæperint dividi atque in Prabendas degenerare.

Nivellense porro Collegium (ait Zypæus J. P. N. libr. 3. n. 6.) à Paschali II. brevem vitæ formam habet & c. sed Anno 1136. Lottarius Imperator bona divisit (vel potiùs factam divisionem approbavit, ut docet Myraus) partem Hospitali, alteram Abbatissæ, tertiam CONGREGATIONI 72. Fratrum & Sororum attribuit. Ubi adverte, quod 1136. Nivellæ fuerit CONGREGATIO 72. Fratrum & Sororum, adeoque Canonice Canonicis permistæ.

Si autem præfacto tempore ipsis Cæsaribus, vel agentibus vel approbanti-

C.

bus

secularibus, circa annũ 977 jamtũ vitam communem exuere sunt ausa;

adeoque plus quàm tribus intergris Seculis ante editionem Libri sexti Decretalium.

Num. 17. Canonice Nivellenses ad singularem vitam jam anno 1059 dislapsa sunt

Constat id ex Diplomatis Cæsareis.

bus primarium Canonissarum Collegium Nivellense communioni libellum repudii dederit, quis credat alios Parthenones in tam laudabili, si Diis placet, facinore non esse secutos aut certè prægressos; maximè cum ad vitam privatam jam ab anno 977. ipsi Canonici (à quibus, ceu Viris, majorem virtutem peræque ac constantiam meritò exigeres) latissimam stravissent viam, & classicum cecidissent?

Num. 18.
Frecken-
horsten-
ses etiam
saltem an-
no annuum
1090. &
1086. à
vita com-
muni de-
sexerunt.

Constat ex
binis Di-
plomatibus
Episcopal.

Certè ipsum Freckenhorstense Collegium, ex quo præsens lis erupit, Nivel-
lense, aut ponè secutum, aut proximè in repudianda vita communi est antegres-
sum. Constat id ex binis vetustissimis Diplomatis authenticis, quæ Sanctus
Erpho Mönasteriensium Episcopus XVII. quà anno 1086, quà anno 1090.
Freckenhorstensis concessit; quæ Albertus Boichhorst, Indagator Antiquitatis
solertissimus, classicusque juxta, ac domesticus apud Mönasterienses Scriptor, in
vita Sancti hujus anno 1649. Mönasterii edita in forma probante refert; nam dum
primo Diplomate dicit Erpho: *Igitur Domina Adelheit, Frickenhorstensis Dei
gratiâ Abbatisa, assumptis secum sua professionis filiabus, ejusdem videlicet Fricken-
horstensis Cænobii Sororibus, Præposita Ida, Desana Eila, Custode Gerburga,
aliisque quarum nomina inscripta sunt: Thiedilia, Sunonhilda, Gertrude, adit
Serenitatem nostram* (erat Erpho per Matrem ex Regia Saxonum, per Patrem ex
antiquissimâ Obotritorum Wandalia Principum Familiâ, inquit Boichhorst)
sat significat illâ tempestate non ampliùs Freckenhorsti viguisse *claustralem &
communem* vitam, vi cujus nec Canonicabus, nec Abbatissis prodire foras licitum erat, ut patet ex numero 6to supra.

Maximè autem elucescit jamtum *Communione* in bonis, vestibus, cibis & potu exolevisse, si secundum Diploma attentius perlegatur; nam inde primò radiat, bona communia jamtum in privatas Præbendas divisa distinctâque fuisse; dum mentio illic fit *TERTIÆ PRÆBENDÆ*. ibi: *Tertiam Præbendam Freckenhorstensis Cænobii &c.* secundò inde liquet Canonissas Freckenhorstenses non esse sub id tempus usas *communi mensâ, communi cibo & potu*; cum Episcopus ibi dicat: *Cum Fidelium nostrorum consilio, Præbendam Freckenhorstensis Cænobii, qua aut vix aut malè dabatur, aut etiam importunè subtraheretur, nec post subtractionem restituebatur, ita ut sex hebdomadibus, inter Julium & Augustum Menses, nec potus eis, nec panis daretur, ceteris autem temporibus confusè, & indiscretè, & contra aliarum consuetudines Ecclesiarum, inutiliter (quæ justè danda erant) & incautè ministrabantur; statis temporibus cautius, & plenius dari constituimus.* Si autem *sex Hebdomadibus inter Julium & Augustum Menses, nec potus eis, nec panis datus fuerit*, evidentissimum & innegabile signum est, quòd Canonissæ Freckenhorstenses illis temporibus *communi mensâ* non fuerint usæ. à capite *Jejunii*, pergitur in Diplomate, usque ad *Pascha Quatuor Allectia* singulis, quanto meliora emi poterunt, doventur; an non ex quatuor illis hæc cum vasculis, singulatim donandis, *vita singularis* mani-

manifestè colligitur ? *visum est nobis*, scribitur eodem contextu, *ut Abbatisse per se, & Sanctimonialibus suum proprium vinum separatim haberent.* Et infra: *ad comparationem vini Sororum &c. quod sui juris sit, & in suum cellarium deferatur &c.* Quæ hæc species communitatis? Et infra: *Pecunia ad comparandum vestitum parva erat, nec ad dimidium alicui sufficiebat.* Luculentum iterum signum abolitæ jamtum communitatis. *Hinc etiam, & aliunde nota (rectè inquit Boichhorstus hoc loco) fuisse vestibus, & Præbendâ, & administratione Virgines planè separatas.* Et infra in Diplomate ait Episcopus: *Abbatisse &c. etiam quæ ad se pertineant in suos usus separatim discreta sunt, separatim Sanctimonialibus attinentia, disposuimus.* Unde iterum Boichhorstus l.c. dicere debeo fuisse ejusmodi Præbendas, Beneficia Mulierum &c. & non stetisse illâ ætate Virgines in Clausura &c. sed distinctas Præbendas & ex his proprium quid habuisse. En quot indicis apparet vel ipsum Freckenhorstense Collegium, etiam illo tempore, quo passim Cœnobium appellabatur, jam ante annum 1090. à vitæ communione abiisse.

At quorsum hæc, inquires, tam operosè congesta sunt? respondeo esse, ut videas, ut pervideas, ut palpes candidè Lector, verum indubitatum esse, manifestum esse id, quod integra testantur Concilia Rhemense & Lateranense; quod gravissimè produnt Cardinales, Hostiensis, Florentinus, Alexandrinus & Jacobus de Vitriaco, quod Summi Canonistarum loquuntur Principes & Patriarchæ; Archidiaconus, Joannes Andreæ, Joannes Teutonicus, Bartholomæus Brixianus, Geminianus &c. quod Authentica docent, & Antiquissima Cæsarum Henrici IV. & Lottarii, insuperque Sancti Monasteriensium Episcopi Erphonis Diplomata, quod denique nemo unus Authorum hæctenus inficiari est ausus; nimirum quòd Canonissæ Seculares, jam dudum ante annum 1298., 1299. vel 1300. Libri sexti Decretalium, & Capituli Indemnitatibus natalem, à vita communi ad privatam vela verterint. Et licèt minimè credam, omnia Canonissarum Collegia uno eodémque tempore, quasi universali turbine, à vitæ communis sanctitate dejecta esse, cùm non dubitem & hinc motum ad laxiora factum esse successivè; aliòsque Parthenones aliis citiùs vitam esse amplexos singularem; attamen id mihi certum est, vitæ communitatem, tam apud Canonissas quàm Canonicos, à Seculo decimo (ut supra Num. 16. ex Trithemio docuimus) ità alibi nutare & labascere, alibi labi cœpisse; ut Seculo decimo tertio post tantam annorum intercapedinem, ubique locorum & gentium penitus sit collapsa.

Rectè Eruditissimus Lovaniensium Canonista Vanespen J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. n. 12. ait *admodum verosimile (certum dicere poterat, si nostras rationes legisset) apparet, quod sicuti Canonici circa saculum 12. & 13. (10. & 11. rectiùs potuisset) desertâ vitâ communi transierunt ad vitam singularem; ità quoque Canonica circa idem tempus à vita communi transire cœperunt ad vitam singularem*

C 2

& n.

Num. 19.
Quare tam
operosè pro-
betur Ca-
nonissas Se-
culares du-
dum ante
Can. In-
demnita-
tibus sin-
gularim
vixisse.

Omnia Ca-
nonissarum
Collegia se-
culo 13.
communi-
tatem jam
abdica-
runt.

& n. 16. Quâ ratione ad exemplum Canoniarum Secularium cum vitâ singulari ad Secularem quodammodo, seculo 13. transfuissent Canonice, narrat illius temporis non contemnendus Historicus, Cardinalis de Vitriaco in Historia Occidentali cap. 13.

Et sanè quâ Fronte (quòd Argumentum supra num. 14. fusiùs urgeo) Autores, qui seculo decimo tertio, & sub initium quarti, continuò post editum Librum sextum, scripserunt, UNO ORE dicere fuissent ausi, quod suis temporibus Canonice privatim victitârunt, cum Canonicis in Templo convenerint; si id à vero abluferit, si Canonice sub id tempus inter se quidem communiter, secreta tamen à Canoniarum consortio, vixerint?

Scripsit Cardinalis de Vitriaco Anno 1220. (ut supra num. 3. vidimus) at si seculo decimo tertio adusque annum 1300. & ultra sua Canonice Secularibus constiterint facta tecta inconcussaque vitæ communitas, quo tantus Vir calumniandi percitus oestro, generatim de Canonice *Hannonia, Brabantia, Teutonia*, seu *Allemannia*, anno 1220. in sua Occidentali Historia effutire præsumpsit quod *in Domibus NB. propriis honorificè, & splendide epulentur, nec desint mensis earum consanguinei.* quòdque sint in iisdem Ecclesiis pariter Canonice Seculares? vide supra num. 3.

Num. 20. Floruerunt in seculo decimo tertio *Bartholomæus Brixinensis, Joannes Teutonicus, Cardinalis Hostiensis, Archi-Diaconus, & Joannes Andrea* qui duo ultimi longævam vitam suam, in seculum decimum quartum, extenderunt; nam *Bartholomæus Brixinensis*, anno 1258. ætatis suæ 84. diem obiit, Teste *Morero in Grandi Dictionar. V. Barthol. de Bresce*: Bartholomæum hunc modico tempore præcessit *Joannes Teutonicus* à Bartholomæo citari solitus: *Cardinalis Hostiensis, Henricus de Segusia*, Cardinalitia ab Urbano quarto purputâ donatus est anno 1262. demortuus anno 1272. teste eodem *Morer. V. Bartholom. de Suse*: *Archi-Diaconus Guido de Bayso*, maximè inclaruit circa annum 1290. Teste *Lycostene, in Gesnerian. Biblioth. V. Guido de Bayso*; quem, cum primus ferè in Librum sextum condiderit commentarios, in decimum quartum seculum provixisse necessum est. *Joannes etiam Andrea*, cum post publicam propè quadraginta quinque annorum in Cathedra Bononiensi Doctionem, non ante annum 1348. denatus sit, Teste *Morero V. Jean André*, utique magnam vitæ suæ portionem seculo decimo tertio debet; ne puer Cathedram conscendisse credatur. At enim; an non hi tanti Viri errorem errârunt turpissimum; dum (ut num. 7. abundè ostensum est) Canonice sui temporis ad Canonem *Pernitiosam*. referendo, docuerunt implicite, *eas propria sibi edificasse Receptacula, & privata Domicilia &c. cum Canonicis in Ecclesiis convenisse &c.* Si eâ tempestate adhuc vitæ vigerit *Communio*, & nulli dum Canonicabus Canonice permixti fuerint? An non potiùs tanquam evidens, & manifestum tenendum est; tot, tamque

tamque graves Autores (cum etiam in Ore duorum, aut trium Testium, ster omne verbum, Oraculo Divino) vera de rebus suorum temporum (maximè cum illis nemo contradicat) scripsisse, & posteritati tradidisse, adeoque jamrum seculo 13tio, dum ista scriberentur, Canonissas reapse posthabita communitate ad singularem vitam transiisse; & vulgò (cum primis in præcipuis Ecclesiis) cum Canonicis concurrisse?

Quæ si mihi, ut à nemine prudente negari possunt, tandem concedantur;

Ite triumphales circum mea tempora Lauri!

Vicimus; (a)

Nam his concessis, necessariâ consequentiâ sequitur: ergo Bonifacius VIII. in *C. Indemnitatibus. §. supradicta de Elect. in 6.* comprehendit hujusmodi Canonissas Seculares, scilicet *singulatim* extra communitatem viventes, & cum Canonicis Capitulum constituentes. Ut nemo, qui vim syllogisticam callet, inficias iverit. Et hoc est, quod erat *demonstrandum* hâc primâ Morali Demonstratione; quæ certè cuivis, nullis partibus infecto, non infimum Moralis evidentiæ gradum attingisse videbitur. Sed cum, quæ clara sunt, luculentiora fieri possint, ad illustrandam præsentem Materiam, ultrâ eamus.

CAPUT II.

Secundam propinat Demonstrationem.

DEMONSTRATIO SECUNDA.

Capitulum *Indemnitatibus. §. penult. de Elect. in 6.* conditum est pro Canonissis NB. *Secularibus.* patet ex *Summario in C. Indemnitatibus §. penult.* ibi: *Hæc constitutio locum habet in Monialibus regulariter viventibus, & in Canonicis Regularibus, hoc excepto quod non debeant, nisi Professe eligere vel eligi, quod non potest sibi vindicare locum in Canonicis Secularibus.* Per hoc tamen Papa non approbat Statum dictarum **CANONICARUM SECULARIUM.** En tam in paucis lineolis nomen *Canonicarum Secularium* bis expressum; ut nullus dubites de veritate nostræ Majoris, maximè si porrò resciveris, quod eandem ambabus, quod ajunt, manibus amplectantur Doctores universi, contradicente nemine.

Sed *Canonica*, non ante dictæ sunt *Seculares*, quàm à vita *communi* ad *privatam*, *Secularibusque* simillimam descenderint: nec aliis *Canonicabus* nomen *Secularium* adhæsit, quàm illis, quæ vitam *singularem* sunt amplexæ. Ut

Num. 12.
c. Indemnitatibus
scriptum est
Canonissis
Secularibus.

C 3

iterum

(a) Ovidius L. 1. Eleg. 12.

iterum iis, qui vel primis labris Historiam Ecclesiasticam, & profanam delibârunt, & veteres recentésque Canonistas, vel lævo oculo inspexerunt, evidens est, & manifestum. *Sicut Canonici* ait diligentissimus Antiquitatum Eruderator Vanespen. J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. n. 14. *Post dimissam vitam communem, & arreptam singularem dicti fuere Seculares, ad distinctionem eorum, qui vivunt sub certa Regulâ in communi; ita Canonica NB. post transitum dici cœperunt Canonica Seculares.* Quo quid clariùs? Volve, evolve, revolve concilia, Patres, Historicos, Canonistas, Juristas, certè nullibi offendes vel unicam, quæ *Canonica Sacularis* appellata sit, ante transitum illum, quo à vita communi est recessum. Et hinc nullus Autorum huic Minori obstreperit; sed eam omnes cœu Veritatis ipsiusmet oraculum, adorant. Unde iteratò evidente necessariâque consecutione, prono torrente fluit, quòd Capitulum *Indemnitibus. §. pen.* scriptum sit non aliis Canonissis, quam quæ vitæ communi tergum obverterunt, *Singularem* complexæ. Et hoc est secundò, quòd erat demonstrandum, quare triumphanti Veritati

Dicite io paan! & io, bis dicite paan! (a)

Aliquam multo autem tempore, jam ante Libri 6ti editionem, **CANONICARUM SECULARIUM** nomen invaluit; nam illo jam usus perverus Glossator Bernardus Compostellanus (qui floruit Anno 1250. teste *Lycosthene L. c. V. Bernardus Compostellanus*) in *c. Dilecta de Majorit. & Obed. V. Canonicas*, ibi: *Canonicas: non dicit Monachas: loquitur enim secundum consuetudinem Teutonicorum; ubi sunt CANONICÆ SECULARES &c.* & ante hunc Glossatorem nomen **CANONISSARUM** tanquam pervulgatum Anno 1220. jam tum usurpavit Cardinalis Jacobus de Vitriaco ut supra num. 3. vidimus. ibi: *Sunt Mulieres, quas Canonicas Seculares, seu Domicellas appellant.* An non novo hinc argumento extunditur, Canonissas perdudum ante *c. Indemnitibus*, ut nomen *Secularium indeptas*, ita communitate exutas, & ad privatam vitam esse digressas?

Num. 23. *Diu ante Caput Indemnitibus, Canonicarum Secularium, nomen increbuit.*

C A P U T III.

Demonstrationem tertiam representat.

DEMONSTRATIO TERTIA.

Capitulum *Indemnitibus. §. pen.* agit de illis Mulieribus, seu Canonicabus, quæ tempore editi Libri 6. sub annum 1300. vivebant, ut *Canonici Saculares*, quòd controversi non potest, cum id clarè exprimatur in ipso textu

(a) *Ovidius.*

textu. Ibi : *Sed vivunt, ut in Sacularibus Ecclesiis, Canonici Saculares.* Similia habentur *Clem. Attendentes 2. de Statu Monach. §. Illas quoque.* ibi : *Illas quoque Mulieres, quae vulgò dicuntur Canonicae Saculares, & ut Saculares Canonici vitam ducunt.*

Sed Canonici Saculares tempore editi Libri sexti sub Annum 1300 & diu ante, rejectâ *communitate*, vivebant *singulatim*, habitabant *singularem*. Patet evidenter primò, quia *Canonici post dimissam vitam communem, & arreptam singularem, dicti fuere Saculares, ut supra num. 21. testatur Vanespen, vide etiam supra num. 16. verba Trithemii : Sub Theodorico Canonici &c. abjectâ vita Regulari desierunt esse Regulares.* Ergo cum in *c. Indemnitatibus. §. penult. & diu ante*, jamtum vocentur **SECULARES**, jamtum dimiserunt vitam communem & arripuerunt singularem. Jam abjectâ vitâ Regulari (scilicet communi ad Regulas Concilii Aquisgranensis potissimum exacta) Desierunt esse Regulares, & facti sunt **NOMINE**, & conversatione Saculares. Patet evidenter zdo, quia nihil decantatiùs apud Scriptores, quam quod Canonici pridem ante finem seculi tertii decimi) quando Liber sextus in lucem prodit) passim à vitâ communi ad privatam privatâque Domicilia resilerint.

Quæ tempestas in vitam communem Canoniorum, circa Mosellam Rhenum, vicinâque loca Anno 977. defaviecit, vidimus supra ex Trithemio num. 16.

Idem turbo brevi trans Lupiam, Paderam, Visurgimque Hildesum usque ebacchatus florem communis apud Canonicos vitæ miserandum in modum decussit; nam ita scribit ad Annum 1054. Westphalorum Thucidides, Nicolaus Schaten in Annalibus Paderbornensibus : *Subtraxit hic annus è Saxoniciis Episcopis, Azelinum Hildesensem Episcopum &c. hoc demum Episcopo, ut in fastis eorum notatur, & Soluta est communis Canoniorum vita, & Claustris disciplina; singulisque (nota perbene, & à Canonicis ad Canonicas argumentare) privata Habitationes permissa sunt.*

Claruit Ivo Episcopus Carnotensis sub annum 1090. Teste Lycosthene *L. 6. V. Ivo.* Illustris hic à Doctrinâ, & Virtute Præsul Epistolâ 60. scribit : *Vita Communis in omnibus Ecclesiis penè defecit, tam Civilibus quam Diæcesanis.*

Floruit Petrus Blesensis, Archi-Diaconus Barthonensts, circa annum 1160. Hunc ita loquentem introducit Cellorius de Hierareh. *Eccles. L. 5. c. 6. §. unic. Olim in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis fuisse Canonicos Regulares, in COMMUNI VIVENTES, atque uno Refectorio, unòque Claustro contentos : HODIE VERO OMNES PERE ESSE SECULARES à Regulari (hoc est communi) vita prorsus alienos.*

Licet olim (verba sunt Adami Canonici Premonstratensis apud Molanum *L. 2. c. 25. de Canonic.*) *Quando omnes Canonici in communiione vivebant, non esset*

Num. 24.
Canonici
saculares
diu ante
An 1300.
Communi-
tati renun-
ciarunt;

& NB, fa-
cti sunt no-
mine &
conversa-
tione Secu-
lares. Et
jam in libro
Decretali-
um edito
1230. teste
Wex in A-
riadn. Car-
rolin. part.
1. tab. 21.

De Canonici-
is Secula-
ribus ex-
pressa fit
Mentio
C. Inter
quatuor
de Reli-
gios. Do-
mib. ibi
de Mona-
steriis
Græco-
rum in
Seculares
Canoni-
cos con-
vertendis

Num. 25. *assignantur tempora, quibus jam tum Vita communis exolevit apud Canonicos.* in usu illa *Distinctio Canoniarum Regularium, & Secularium*, tamen postea dissoluta illa *communione*, pauci illi qui *communioni inhaerunt*, ad *distinctionem* ab illis (quibus *Canoniarum Secularium nomen inditum est*) *Canonici Regulares* dicti sunt. Inclaruit autem *Adamus Premonstratensis* circiter annum 1160. vitâ functus anno 1180. *Supplement. Moreri V. Adam Escossois.*

Nota & *Petrum Blesensem & Adamum Premonstratensem* jam istis temporibus usos vocabulo OLIM, quo docent per diu ante sua tempora, *communitatem Canoniarum exulasse.*

Ante annum 1200. scribit *Thomasinus* in *Veter. & Novæ Ecclesiæ disciplin.* part. 1. L. 3. c. 11. n. 10. *Obsolaverat in Ecclesiis Gallicanis vita communis Canoniarum, & temporalium partitio jam UBIQUE facta fuerat in alias atque alias Præbendas.* Pondera hic vocabulum *UBIQUE*, & annum 1200. ante quem jam *communitas extabuerat.*

Anno 1136. *Hugo Antisiodorensis Episcopus* *Canonicos suos donavit multis Parochiis, earumque Decimis, eâ conditione, ut per singulos annos totâ Quadragesimâ in Refectorio COMMUNITER comedant.* *Vestigia ea erant communis vitæ, inquit idem Thomas* in L. c. si sub annum 1136. vitæ communis vestigia tantum, & quidem solo *Quadragesimali tempore* aderant; certè ipsa *Communitas* toto anno aberat.

Hæc vita communis institutio, verba sunt *Vanespæni J. E. V.* part. 1. tit. 7. c. 1. n. 3. *In aliquibus citius in aliis serius desit.* Circa seculum 10. nonnullos ad *vitam singularem abjectâ COMMUNI* convolasse, tradit *Trithemius.* Pergit *Vanespæni.* n. 4. *hos successivis temporibus alios secutos fuisse, Scriptores seculi 11. & 12. abundè restantur, & altè deplorant.* Si autem *Scriptores seculi 11. mi & 12. id abundè testentur, abundans probatio est, quod jam Seculo 11. & 12. adeoque admodum diu ante annum 1300. natalem Libri sexti, abjectâ vitæ communione, singulariter vivere, & habitare cœperint.* Ergo evidens est, quod non tantum *Canonici Seculares* tempore editi *Libri sexti*, sed diu ante, *singulatim* vixerint, & habitârunt. Ergo pariter evidens est, quod si *Capitulum Indemnitatibus, §. penultimo.* agat de istis *Mulieribus, quæ vivunt ut Canonici Seculares in Secularibus Ecclesiis*, agat de istis *Mulieribus, quæ abjectâ communitate, vivunt & habitant singulatim.* Et hoc est quod tertio loco, erat demonstrandum.

Dicite io pean! & io TER dicite pean!

Num. 26. *e. Indemnitatibus solis Canonissis Secularibus. hæc est singularis viven-* Quæ cum ita sint, poteratne amabo! *Bonifacius VIII.* disertius, & explicatius significare, quòd agat *C. Indemnitatibus. §. penult. de Canonissis*, tunc, ut nunc, *SEORSIM, & SINGULATIM* habitantibus (quæ solæ id temporis sub nomine *Canonissarum Secularium* superstites erant) quàm dum dixit se agere de illis *Mulieribus, quæ vivunt, ut in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares?* nempe quæ abjecerunt *communitatem*, ut abjecerunt *in Secularibus Ecclesiis*

Canonicos.

Canonici Saculares, quæ uni Refectorio, uni Dormitorio, unis Officinis, & toti Claustrali vitæ æternum dixerunt vale, ut dixerunt in *Secularibus Ecclesiis*
Canonici Saculares: quæ in propria Receptacula & privata Domicilia secesserunt, ut secesserunt in *Ecclesiis Secularibus Canonici Saculares*.

tibus scri-
ptum est in
s. penult.


Nota autem hîc, quod apud *Canonicos* etiâ nomen *Secularium* non ante sit natum, quàm extincta fuerit communitas; ut meritò nomen hoc ex sepulchro, & ruinis vitæ communis ceu infelix lolium prognatum dicatur. Et idem est esse *Canonicum Secularem*, & *singularem*; hinc Stephanus Tornacensis seculo 11. apud Vanespen L. c. monet Decanum Rhemensem ne patiatu-
 communitatem aboleri, neque tam facile *juventuti singulariter*, ne dicam *seculariter* (verba sunt Stephani) *vivere volenti*, obediat. Et aliqua Exemplaria Hugonis Rotomagensis L. 3. contra Hæretic. c. 2. ubi de *Canonicis Secularibus & Regularibus* agitur, *Canonicos Seculares* vocant *Singulares*. ibi: *ALIQUI VERO SINGULARES NUNCUPATI &c.* usque ad eò idem est *CANONICUS & CANONISSA SECULARIS*, atque *Singularis*, hoc est *singulariter* victitans.

Num. 27.
Esse *Canon-
nicum Se-
cularem*,
& *Singula-
rem* *Sy-
nonyma*
June.

Cæterùm Nomen *Canonicorum Secularium* non tantùm obtinuit ab anno 1300. vel circiter, in *C. Indemnitatibus*. s. penult.; vel ab anno 1230. in *C. Inter quatuor de Religiosis Domib.* vel ab anno 1220. apud Jacobum de Vitriaco in *Histor. Occident.* c. 31. sed dudum ante. Eo jam utitur Adamus Canonicus Præmonstratensis, qui floruit sub annum 1160. & apud Molanum L. c. sibi ob-
 jicit: *SI CANONICI, CUR SECULARES* ꝛ. eo utitur ejusdem coætaneus Arnulphus Episcopus Lexoviensis in Epistola ad Alexandrum Papam. Ibi: *Pro Duodecim Canonicis*, quos *Seculares* appellant. Eo utitur sub idem tempus Petrus Blesensis dum ait: *Olim in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis fuisse Canonicos Regulares in communi viventes &c. hodie verò omnes ferè esse Seculares.*

Num. 27.
*Quante
tempore
ante C. In-
demnita-
tibus, no-
men Cano-
nicorum
Seculari-
um obti-
nerit.*

Cellotius de Hierarcha Ecclesiast. L. 5. c. 6. s. unic. Quin Auctor est Trithemius nomen *Secularium* ab ipso desertæ communitatis initio, jam inde ab anno 977. *Canonicis* adhæsisse: *FACTI SUNT*, inquit Trithemius, *NOMINE & CONVERSATIONE SECULARES*. Revide numerum 16. & perpende hic, quàm bellè hæc tertia Demonstratio conspiret primæ, quàm amicè conjuret secundæ.



D

CAPUT

CAPUT IV.

Quartam affert Demonstrationem.

DEMONSTRATIO QUARTA.

Canonissæ, de quibus agit *C. Indemnitatibus. §. penult.* illæ sunt, quas Pontifex expressè noluit approbare. Patet ex textu: *Per hoc tamen earum Statum, Ordinem, & Regulam nolumus, nec intendimus approbare.* Sed illæ, quas Pontifex noluit expressè approbare, sunt viventes extra COMMUNITATEM in privatis ædibus singulatim, & oppidò laxè; maximè permixtim cum Canonicis; non autem aliæ communitatis Sectatrices intra Monasteriorum Claustra ab omni Virorum consortio secretæ. Tum, quod hujusmodi ultimæ temporibus Bonifacianis non ampliùs dabantur inter Canonissas Seculares, ut trinis jam Demonstrationibus evictum est; tum etiam, quia si adhuc superstites fuissent pristinae Communitatis Sectatrices, procul à Virorum Contubernio more antiquo intra Monasteriorum Septa canonicè & sanctè viventes, nihil erat, cur Papa tam expressè, & apertè approbationem eis deneget; maximè cum ejusmodi Canonissas jam sufficientissimè approbasset *Concilium Aquisgranense* circa annum 816. illis integro libro Regulas præscribendo; ut supra insinuavimus num. 6. eisdemque suam Autoritatem abunde imperitiissent jam antè, circa annum 813. Concilium Cabillonense, & Moguntinum, de quibus egimus eodem num. 6.

Gravissimæ autem rationes aderant non approbandi Canonissas, in *propria Receptacula, & privata Domicilia* dilapsas, & singulatim habitantes; quia id pugnabat, & contra Concilium Rhemense relatum num. 4. & contra *Can. Pernitiosam. XVIII. q. 2.* & contra Concilium Aquisgranense, & Cabillonense, Clausuram & vitam communem Canonissis præscribentia: ut in ipsis videre est diffusius.

Maxima autem non approbandi Canonissas Seculares Ratio fuit, quòd præter vitam singularem præscriptæ olim communitatis eliminatricem, in plerisque omnibus, cum primis autem in præcipuis, & Insignibus Collegiis (ut infra ex numero 174. patefecit) Canonice Canonicis permixtæ viverent, periculosissimo sanè consortio, & nil nisi scandala suapte naturâ gignere nato, ideòque toties à Canonibus vetito: nempe c. *Mulieres. 2. de Judic. in 6. ibi: Mulieres, quas vagari non convenit, nec Virorum cætibus immisceri Can. Pernitiosam XVIII. q. 2. ibi: Similimodo prohibemus, ne Sanctimonialia simul cum Canonicis &c. in Ecclesiâ, in uno Choro convenient.* Adde *Can. 20. 21. 22. 23. XVIII. q. 2.*

Num. 29.
 Canonissas
 Seculares
 Papa ex-
 pressè no-
 luit appro-
 bare.

Num. 30.
 Canonissas
 primæ
 commu-
 niter, &
 extra con-
 sortium
 Canonico-
 rum vi-
 ventis, à
 pluribus
 Conciliis
 sunt appro-
 bati.

Num. 31.
 Ratio, cur
 Canonissa
 Seculares
 non sint ap-
 probata, est
 vita Sin-
 gularis.

Num. 32.
 Ratio po-

Ratio

Ratio prohibitionis est duplex, inquit Abbas prim. part. Consiliorum conf. 8. sub
 inii. Prima: propter crimen incestus, quod ex propinquitate, & familiaritate co-
 habitantium provenire posset. Secunda Ratio: propter malam opinionem, &
 propter oblocutiones hominum. Et has rationes dant ipsa fura quæ Can. Monaste-
 ria Puellarum 23. XVIII. q. 2. ibi: Propter insidias Diaboli, & propter oblocu-
 tiones hominum, quæ Can. Definimus 21. XVIII. q. 2. ibi: Quia scandalum, id
 est offendiculum multis efficitur. Scilicet, ut aqua, & terra, si se creveris, pu-
 rum sunt elementum; si permiscueris, lutum; ita & mixtura utriusque Sexûs,
 ut ut puri, in sordes degenerat. Et sicut stipula admota igni flammam concipit;
 ita nimia Virorum, & Feminarum etiã integerrimarum conjunctio
 incendiã parit. Urítque videndo femina. (a)

tissima :
 mixtura
 Virorum

Ignem queritis? ignis homo est (b)

Et sæpè conversatio, ignis in igne fuit. (c)

Et hinc licet magna fuerit Canonissas non approbandi causa, vita singularis;
 maximam tamen fuisse assero; mixturam Canoniorum, ut passim docent Au-
 tores contradicente nemine.

Licet ista sint Canonica, ait Practicorum Princeps Pyrrhus Corradus in Prax. Num. 33.
 Benef. L. 1. c. 5. n. 141. non tamen sunt probata. At cur amabo? causam Cor-
 radus apertis dat verbis: Namque plurimum habitant permixtim. En crimen!
 en causam!

Ut tradunt
 Autores
 passim, ne-
 mine con-
 tradicente.

Licet ista, eisdem poenè verbis scribit Lambertinus de Jure Patronatus. part. 1.
 L. 2. q. 7. in princ. art. 6. n. 3. Vocentur Canonica; non sunt probata. Quia
 illarum vita sæpè malum habet finem, prout in dict. C. Indemnitatibus. §. pen.
 recitat Andrea. Quod NB. ut plurimum ista Canonissa Seculares habitant PER-
 MIXTIM. & remittit se ad notata per ipsum in c. Dilecta. de Majorit. & Obed.
 Semper igitur ex illis mixturis expectatur pessimus eventus. Ita Lambertinus,
 qui in rem nostram mentem suam clariùs explicare non potuisset.

Et quoniam (verba sunt Viviani in Rational. Juris Pontificii L. 1. tit. 6.) ex-
 tirpare istas Canonicas in quibusdam Provinciis, præcipuè in Germaniã, propter
 inveteratam illarum consuetudinem [jam tempore Bonifacii VIII. inveterata apud
 Canonissas viguit mixtorum Collegiorum consuetudo] videbatur difficillimum;
 Joan. Vangu. hic: & illas approbare non conveniebat. Causam quæris? in prom-
 ptu causa est: CUM MONASTERIA NON DEBEANT ESSE
 DUPLICIA, scilicet Virorum simul & Mulierum. c. definimus. 18. q. 2. & ista
 Canonica sæpè recipiebant Viros hospites, & officiabant cum Canonicis. Joan. Andr.
 hic V. postremo. Et ideo per hanc Constitutionem providetur circa illarum Electio-
 nem ad meliùs, quo fieri potest. Non tamen per hujusmodi provisionem status illa-

D 2

rum

(a) Virgilius. (b) Porcius Licinius in Corpore Veter. Poetar. pag. 494.

(c) Ovidius.

rum censetur reprobatus; ut per *Can. Pernitiosam XIII. q. 2. Geminianus hic.* Paria habet Cardinalis Zabarella, in *Clem. attendentes de Statu Monach. V. illas. Nota*, inquit, quod *Canonica Seculares non sunt approbata...*

Est autem, secundum Lau. Status earum periculosus. arg. c. Mulieres. de Judic. in 6. (ubi dicitur, quod *Mulieres vagari non convenit, NEC VIRO- RUM COETIBUS IMMISCERI*) PROPTEREA [en causam denegatae appro- bationis, mixturam Virorum] *Papa non approbat; sed permittit.* Paria habent plures alii, quos brevitatis ergo omitto.

Usque adeo Pontifex non exceptit a dispositione Capituli *Indemnitatibus* Cano- nissas extra Communitatem, & cum Canonicis permixtim viventes; ut solum Communitatis Desertrices, & maxime illas, quae Canonicis sociatae essent, eadem perstringat.

Ergo si caput *Indemnitatibus* agat de Canonissis, quas Pontifex expressè non approbat; aget de illis, quae vitam singularem agunt; maxime autem de iis, quae cum Viris in idem Capitulum coeunt. Et hoc est quod quartò erat demon- strandum. Ob quam etiam Demonstrationem, si bene penetretur, quivis Ale- xophilus, Victrici Veritati

Io magnà voce Triumphe! canet. (a)

Atque haec Demonstratio potissimum pro Collegiis Canonissarum mixtis dispo- sitioni Capituli *Indemnitatibus*, vindicandis deservit, sicut & sequens.

CAPUT V.

Demonstrationem deducit quintam.

DEMONSTRATIO QUINTA.

Somnes Authores, ne unico excepto (qui quidem considerari mereatur) do- ceant Collegia Canonissarum *mixta* ad dispositionem *C. Indemnitatibus* pertinere; uique eò pertinent. Atqui &c. ergo &c.

Major iterum certa est, & moraliter evidens; nam *tunc etiam* (verba sunt Eru- ditissimi Jacobi Wex in *Ariadne Carolina* part. 1. tab. 3. in animadvers. num. 2.)

Num. 34. censetur certò & clarè constare de sensu Legis, & mente Legislatoris; quando circa Quòd om- talem materiam OMNES, aut FERE OMNES interpretes Authores con- nes, vel ferè veniunt, cum tot peritis in arte sit firmiter credendum, & adherendum. Suar. L. omnes te- 6. de LL. c. 1. König de constit. n. 22. Braun in Jurisprud. c. 3. §. 2. n. 15.

Minor etiam evidentissima moraliter est, tum ex hoc argumento negativo, quòd

Advocatus

(a) *Ovid. Lib. 4. Trist. Eleg. 2.*

Advocati partis adversæ omnino quinque , toto hujus litis tempore ultra decennium , ut audio , Romæ ventilatæ , post excussas omnes Bibliothecas nullius unici Autoris , præterquam qualem qualem Wamesii sententiam allegare potuerint. Quomodo autem hic ne audiri mereatur unicus Wamesius, patebit infra.

Tum ex argumento positivo , quò quotquot reperiri hæcenus potuere Autores, Antiqui, Novi, Novissimi, Germani, Belgæ, Lotharingi (apud quas tres nationes Canonice Seculares tantùm dantur) Itali, Hispani, Galli, cæterique Universi, uno ore clament , mixta Canonissarum Secularium Collegia circa Electionem Abbatissarum ad *Caput Indemnitatibus §. penult.* pertinere, eis que tam Sacrum Rotæ Romanæ Tribunal cum Sacrà Congregatione , quàm Principes Germaniæ Universitates conspirent consonentque , ut jam nunc distinctis Paragraphis comprobabitur.

Num. 35.
Omnes
A.A. Collegia mixta
Capiti Indemnitatibus sub-
jiciunt.

§. PRIMUS.

Autores Veteres ad C. Indemnitatibus mixta Canonissarum Collegia referentes.

Et Vetustate primus in Scenam prodeat , Veterum Canonistarum Alpha , & primarius Libri sexti , adeoque Capituli *Indemnitatibus* Glossator Joannes Andreæ. Quàm manifestè , quàm sæpe Collegia mixta dispositioni Capituli *Indemnitatibus* supponit. In Novellâ ita in hoc ipsummet *Capitulum Indemnitatibus* fati festivè scribit : *CANONICI SECULARES, QUI ETIAM TALIBUS* (scilicet Canonicibus , de quibus *C. Indemnitatibus* agitur) quandoque *PERMISTI*, ut in *Decretali dilecta. de Majoritate & Obed. in princ. &* quandoque ibi , quandoque hic recitavi illud elegans dictum *Abbatissæ talis* [Scilicet ad *C. Indemnitatibus* spectantis] publici Collegii , quæ cum Principi querenti de numero Collegii respondisset : *Canonicos esse viginti , & Canonicas quadraginta ; & Princeps dixisset numerum debuisse converti ; & quia melius sufficiebant viginti Feminae quadraginta Viris , quàm è converso ; secundò respondet : Salvâ ipsius reverentiâ , fuisse optimè ordinatum , ut scilicet pro viginti Canonicis essent viginti Canonice ; reliquæ viginti essent pro hospitibus ; quo responso letatus Princeps , concessit illi gratiam , quàm petebat.* An non , qui hanc Historiolam ad *C. Indemnitatibus* denarrat , manifestè , ipsoque actu Collegia mixta de quibus ibi Sermo est , ad *Cap. Indemnitatibus* refert ?

Num. 36.
Imprimis
A.A. veteres,

Ut Joannes
Andrea,
narrans le-
pidam de
Canonissis
Historio-
lam.

Idem *Juris Monarcha* , in *c. Dilecta. de Majorit. & Obed. in princ.* ita scribit : *In aliquibus talibus Ecclesiis, scilicet Secularium Canonissarum, habent & Canonicos, qui licet à Mulieribus habeant Chorum divisum, simul tamen conveniunt in Processionibus, & utinam non in latebris &c.* Quod autem Joan. Andre has ipsas

Canonissas quibus de agit *C. Dilecta. de Major. & Obed. referat ad C. Indemnitatibus. §. penult. de Election. in 6.* ipse apertissimè faterur in *Clem. Attendentes. de Statu Monach. V. Canonica Seculares.* ibi : *de his de Elect. C. Indemnitatibus. §. pen. in 6. & Not. XII. q. ult. & de Major. & Obed. C. Dilecta.* Ducem suum & Primpilum sequitur tota interpretum Schola, vel explicitè, vel implicitè. Explicitè inter ceteros *Andrea* penè geminus, magnus ille *Geminianus*; dum in *C. Indemnitatibus. §. penult.* ità discurrit : *Quero an cum istis Mulieribus possint esse Canonici Seculares? dicit Joannes Andrea quòd quandoque habitent permistim & remittit ad notata per se in C. Dilecta &c.*

Geminianus,

Zabarella.

Explicitè Cardinalis Florentinus, eruditissimus Zabarella in *c. Dilecta. de Majorit. & Obedient.* ibi : *Nota quòd Abbatissa quandoque habet Clericos sua Jurisdictioni Subjectos, & dicit Hostiensis, quòd quandoque habet Canonicos, qui licet à Mulieribus habeant Chorum divisum, simul tamen conveniunt in Processionibus, & utinam non in latebris, & infra : Nota de Canonicabus. De hoc in Gloss. 2da, & de Electione, Indemnitatibus in fin. L. 6. transmittit, ne nimium effluam, veteres alios, qui explicitè idem docuerunt. Et ad plenum nobis triumphum sufficient hi Triumviri.*

Implicitè id autem ex Veteribus ii omnes tenent; qui CANONISSAS, aut ad *c. Dilecta. de Majorit. & Obedientia.* (ubi *Canonicabus* Clerici, vel *Canonici* fuerunt permisti) aut ad Canonem *Pernitiosam XXVIII. q. 2.* (ubi prohibetur ne *Canonissa* cum *Canonicis* in eodem Choro conveniant) referre solent; quorum numerus est penè innumerus. Ex ultimis aliquos recensui Num. 7.

§. SECUNDUS.

Authores Germani, Belga, & Lotharingi, qui Collegia Canonissarum mixta Capitulo Indemnitatibus subjiciunt.

Num. 37.
Dein Germani;

Nemo unquam Germanus (ut à Gente Imperatoriâ Ordinar) vel somniavit, mixta Canonissarum Secularium Collegia dispositioni *C. Indemnitatibus. §. penult.* esse subtracta. Contrarium uno ore vel explicitè, vel implicitè asserunt Authores Germani Omnes; qui cum præ oculis videant plurima, & præstantissima Collegia esse mixta; tamen sinè omni distinctione, & respectu omnia Capiti *Indemnitatibus* subdunt.

Num. 38.
ut Bruno Neusser.

Apertissimè *Bruno Neusser*, Germanus, & rerum Germanicarum si quis alius pergnarus in *Polyanthea disp. 145.* [ubi ex Professo de *Canonissis Sæcularibus* tractat]

tractat] Mixta æquè ac simplicia Canonissarum Collegia dicto C. *Indemnitatibus* subjicit; nam postquam Num. 5. expressè mentionem fecisset de Collegio Canonissarum Thorensium, acturusque esset Num. 13. de Collegio Canonissarum Willichianarum, Num. 10. hæc formalia loquitur: *RESPONDEO decimò NB. VELUT CERTUM, ELECTIONES ABBATISSARUM IN HIS ECCLESIIS Canonicarum debent fieri juxta formam præscriptam à Bonifacio VIII. C. Indemnitatibus.* Itane verò Doctissime Bruno *VELUT CERTUM*: ergone *velut certum*; quod Collegium Thorense, quod Willichianum substent dispositioni C. *Indemnitatibus*? At mixta sunt, ut tu optimè nôsti, & infra patet ex Num. 166. & Num. 167. at tempore Brunonis Neusser somnium illud, quod nuper partis adversæ Quinqueviri, de Collegio mixto Juris communis dispositioni subtrahendo somniarunt necdum erat somniatum. Rectè respondit Neusser: *VELUT CERTUM* &c. cum tota Antiquitas ità sentiat, ut nemo ex recentioribus cum ullo vel creperè probabili fundamento dissentiat.

Apertissimè Collegia Canoniarum Secularium mixta ad C. *Indemnitatibus* refert *Wagnerec*, & ipse Germanus, nam scribens in C. *Indemnitatibus* ait: de *Canonissis dicemus infra Clem. Attendentes de Statu Monach.* & reverà in *Clem. Attendentes. in Exegesi V. Canonica* *Seculares* sic habet: *Nota: in Germaniâ, & Belgio esse Ecclesias Collegiatas, seu Collegia Nobilium Feminarum, quæ solent dici Canonica Seculares, ut Lindavia, Bucchovia, Ratisbona, & Essa.* Ergo *Wagnerec* apertissimè Collegia ista ad C. *Indemnitatibus* refert. Jam autem constat mixtum esse Collegium *Essense* (germanicè *Essen*) sive *Essendiense*, olim *Affindinense*; ut patet infra Num. 40. & duo *Ratisbonensia*. Vide Num. 164. Ergo *Wagnerec* apertissimè Collegia mixta refert ad C. *Indemnitatibus*. Quid mirum? tempore *Wagnerecii* necdum nata erat, futilissima exceptio de Collegio mixto.

Num. 39.
Wagnerec.

Apertissimè Collegia Canonissarum Secularium mixta Capiti *Indemnitatibus* subjicit *Jacobus Wex*, & ipse Germanus, olim Professor Publicus in Universitatibus Oenipontana & Ingolstadiensis, qui *Atiadnen suam Carolinam* editam Augustæ Vindelicorum, Anno 1708. Osnabrugi in loco Abbatie *Freckenhorstensi* vicinissimo composuit: in quâ parte 4. *Decad. 1. casu 1. num. 4.* Capitulum *Indemnitatibus*, indiscriminatim ad omnia Canonissarum Secularium Collegia, simplicia, & mixta porrigi, cum docuisset his verbis: C. *Indemnitatibus* 43. de *Elect. in 6. ubi expressè etiam ad CANONISSAS ILLUD EXTENDEBATUR*, subjungit Num. 50. *hactenus dicta non mediocrem lucem accipere possunt ab Exemplo, & usu plurium aliorum ejusmodi Canonissarum Collegiorum in Germania sitorum; è quibus adhuc usque tempora valde viget à me NB. non ita pridem oculis inspectum, s Nobilissimum, & Antiquissimum simile Collegium Canonissarum Essendiense, s vicinum Diœcesi Monasteriensi &c. &*

Num. 40.
Wex.

infra

infra : *Abbatissa illius loci liberè eligitur* NB. à CANONISSIS SIMUL & CANONICIS, ne dubites esse Collegium mixtum. Nempe non dubitat hic Author Collegium *Essendense*, etsi suismet oculis coram inspexisset, & vidisset esse mixtum (ut cætera) sive *simplicia* sive *mixta* Capitulo *Indemnitatibus* cum omnibus Doctoribus subijcere, explosâ singularissimâ *Wamesii* opinione, an aberratione ?

Num. 41. Apertissimè Collegia Canonissarum mixta ad C. *Indemnitatibus* refert *Petrus Leurenus*. *Leurenus* pariter Germanus, Universitatis *Trevirensis* Doctor, & diutissimus apud *Monasterienses* Juris Canonici & Theologiæ Professor publicus, qui *Monasterii Westphalorum* Urbe ne tribus milliariibus *Freckenhorsto* dissitâ, (ubi cinctus erat plurimis Collegiis mixtis, scilicet *Borghorsteni*, *Eltinensi*, *Essendensi*, *Freckhorsteni*, *Herisienti*, *Vredensi* &c.) circa annum 1704. scribens, postquam in *Foro Beneficiali part. 2. quest. 2. num. 3.* egisset de iisdem Canonissis, de quibus agunt *Jacob. de Vitriaco* & *Thomasinus*, numero 4 subdit : *Harum Canonissarum &c. mentionem facit Bonifacius VIII. C. Indemnitatibus de Elect. in 6. ubi etiam jubet, ut earum Abbatissa sit* NB. ANNORUM SALTEM 30. jam autem evidens est *Jacobum de Vitriaco* agere de Collegiis mixtis. Vide nostrum Num. 3. ibi : *Sunt autem in iisdem Ecclesiis pariter Canonici Seculares &c.* evidens quoque est *Thomasinum* agere de Collegiis mixtis vide Num. 53. ibi : *Ejusmodi sunt adhuc celeberrima Canonissarum Nobilium Carnobia apud MONTES &c.* & Num. ibi : *Addit Diva Gualtrudis & Canonicos aliquot.* Ergo & *Leurenus* Collegia mixta ad C. *Indemnitatibus* adstrinxit; necum, si adhuc viveret, irrisurus ineptissimam *Advocatorum Westerholticorum* de Collegiis mixtis *Exceptiunculam*.

Num. 42. Apertissimè Collegia Canonissarum Secularium mixta ad C. *Indemnitatibus* retulit *Claudius Lacroix*, etsi nomine Gallus, Patriâ & Professione Germanus, Universitatis *Coloniensis* Doctor celeberrimus; qui cum *Leurenio* *Monasterii Westphalorum*, in vicinâ *Freckenhorstensi*, & diutissimè habitavit & docuit, editusque est Anno 1707. Is namque in *Theologia Morali* L. 4. num. 229. cum egisset de Canonissis, de quibus egit *Neusser*, & *Zypæus*, subjungit : quod de illis faciat *Mentionem Bonifacius VIII. C. Indemnitatibus de Election. in 6. ubi statuit, ut earum Abbatissa sit Annorum 30.* maluit *Lacroix* in via communi ambulantes, *Neusserum*, *Zypæum*, aliósque, quàm deviantem sequi *Wamesium*.

Num. 43. Apertissimè Collegia Canonissarum mixta ad C. *Indemnitatibus* refert *Speidelius*, etiam Germanus, & Juris tam privati, quàm publici callentissimus, dum in *Speculo s. Abt und Abtissinnen*; postquam de *Abbatissis Sacri Romani Imperii Principibus*, & nominatim de *Abbatissa Essendensi* pertractâisset, generaliter de omnibus inculcat : *Sciendum, quod Abbatissa secundum C. Indemnitatibus de Elect. in 6. triginta annorum esse debeat.* Et tamen scit tota *Germania*, quod *Canonissarum*

Canonissarum Essendiensium Collegium sit mixtum. Patet id etiam ex Num. nostro 40. ibi: *Abbatissa illius loci liberè eligitur à Canonissis simul & Canonicis. Et ex Decis. Rotæ in Essendiensi Jurisdiction. 28. Junii 1717. coram Bona Memor. Cerro.* Et quidem illic præter plurimas Canonissas, quæ Principum, quæ Comitum sanguine natas, omnino viginti sunt Canonici, ut inde nuperrimè mihi scriptum est.

Scilicet ignoravit Speidelius Juris omnis consultissimus novitium illud, & hesternum Dogma, an Phantasma? quo Advocati Westerholtici persuadere orbi conantur, Collegia Canoniarum Sæcularium mixta Dispositioni Capituli *Indemnitatibus* haud esse obnoxia. Sat quoque apertè innumeri alii in diversissimis Universitatibus Doctores & Professores Germani Collegia mixta ad *C. Indemnitatibus* reulerunt, dum ipsi optimè gnari, quòd pleraque omnia, & præstantissima quæque Canonissarum Collegia, quibus illi ab omni latere circumcincti scribebant, MIXTA SINT (ut liquidò docebit hujus Operis Pars 2da à Num. 150.) nihilominus generatim illimitatè & indistinctè omnia Canonissarum Collegia Capiti *Indemnitatibus* subjecerint; nam si illi censuissent, excepta esse mixta, ratio doctrinæ exigebat, ut cum pleraque omnia & præstantissima Collegia sint mixta, moneant ea haud spectare ad *Cap. Indemnitatibus*: quòd cum nemo unus fecerit, signum est, quòd nemo unus senserit cum Advocatis Westerholticis. Qui hoc solo prudentiali argumento victi, nisi Vitiligatores sint, herbam Veritati, ut porrigant, sicut decens, ita justum foret; & ausim equidem quantovis pignore certare, nullum ex tot Germanis Doctoribus & Jurisconsultis productum iri, qui eò vel audaciæ, vel potiùs ignorantia prolapsus fuerit, ut Collegia Canonissarum mixta, Capiti *Indemnitatibus* subtractum iret.

Cæterum ex illis, qui universaliter & irrestrictè omnia Canonissarum Sæcularium Collegia Capiti *Indemnitatibus* asserant, sunt magni Germaniæ Canonistæ.

Layman celeberrimus Universitatis Dilinganæ quondam Professor, in *C. Indemnitatibus* §. supradicta de Election. in 6to.

Pirrhing exactissimus Juris Canonici totius Interpres L. 1. tit. 6. de Election. n. 426.

Wistner utriusque Juris consultissimus L. 1. Institut. Canon. tit. 6. n. 249.

Arnoldus Corvinus de person. Ecclesiastic. L. 3. tit. de Canoniss. n. 5. c. 6.

Pichler in Candidat. Jurisprud. Sacr. L. 1. tit. 6. n. 78. in fine.

Schmalzgruber Jur. Eccl. part. 2. tit. 6. n. 89.

Schmier L. 1. tractat. 3. c. 1. sect. 6. §. 3.

Taceo innumeros alios Germanos. Præterire tamen hic nullatenus possum duo præstantissima, clarissima, & ad plenam victoriam se solis suffectura, Principum totius Germaniæ Universitatum, nimirum *Coloniensis* & *Trevirensis* Responso, nuperrimè in formâ authentica data, & à me infra ad calcem hujus Opusculi exhibenda:

E

Num. 44.
Nemo unus
Doctor
Germanus
Collegia
mixta à C.
Indemnitatibus
eximit;

Sed eadem
omnes ei-
dem C. sub-
jiciunt: no-
minatim
Layman,
Pirrhing,
Wistner,
Corvinus,
Pichler,
Schmalz-
gruber,
Schmier.

Num. 45.

Idem faciunt duo principes socii Germaniæ Universitates: Electoralis Colonienſis. Electoralis Trevirenſis.

hibenda: in his Binæ illæ Florentiſſimæ & numeroſiſſimæ Universitates, per Facultates ſuas Canonicas, & Juridicas ad interrogata uno ore ita reſpondent:

QUÆSTIO I. An Canoniffarum Secularium ſingulariter extra Communitatem habitantium, & cum Canonicis Secularibus Capitulum conſtituentium Abbatiffa debeat eſſe triginta annorum juxta C. Indemnitatibus 43. §. Supradicta de Election. in 6.

Reſpondent affirmativè.

QUÆSTIO II. An id ita MORALITER CERTUM SIT & EVIDENS, ut nemo rectè contrarium docere, conſulere, vel judicare poſſit?

Reſpondent affirmativè.

Quid ad hæc cum ſuo ſingulari, cum ſuo heteroclitico, cum ſuo, quod humanum eſt, errante Wameſio Advocati Weſterholtici? an mutire, an hiſcere adhuc audent contra unanimem & concordem ſententiam binarum Universitatum? Certè idem, ſi interrogentur, omnes Germaniæ, de Canoniffis præcipuè informata, reſpondebunt Universitates. Idem omnes totius orbis Universitates, ſi de Canoniffarum ſibi fortè incognitarum ſtatu ex Hiſtoricis, Veteribusque ac modernis Juriconſultis rectè ſentiant, reſpondere cogentur. Quin hoc ipſum individuale Freckenhorſtenſe mixtum Collegium Autor domeſticus Boichhorſtus invitâ S. Erphoniſis paginâ 90. ad C. Indemnitatibus refert. Vide Num. 97.

Num. 46. Imò ipſum individuale Collegium Freckenhorſtenſe ab Autore domeſtico Boichhorſto ad C. Indemnitatibus refertur.

Sed à Germanis ad Belgas, Germanorum progeniem, moveamus gradum. Sanè Belgium (ſi à Wameſio præſcindas) totum noſtrum eſt. Et verò, quàm non apertè à nobis ſtat Belgicorum Doctorum Primas Officialis, Archidiaconus, & Vicarius Generalis Antwerpienſis, de rebus Belgicis, ſi quis alius, inſtructiſſimus, & ſuæ patriæ Autor Clafſicus Franciſcus Zypæus! is profectò tum L. 3. Conſult. Canonica, de Regular. Conſult. 7. de Canoniffis Secularibus. um. 1. tum

Num. 47. Germanis conſpirant: Belgæ.

Juris Pontifici. Nov. L. 3. num. 6. ea ſcribit, quæ ſola litem hanc decidere, & partis adverſæ errori nigrum poſſint præſſigere Theta. Nam loco primo ſic habet: Pluribus utriuſque Germaniæ locis talia Collegia, ſcilicet Canonicarum Secularium ſunt fundata. ET COLLEGÆ (huc aures! huc oculos! huc mentem adverte Lector!) ETIAM UTRIUſQUE SEXUS PRÆBENDAS POS-

Num. 48. nomina- tîm Zypæus.

SIDENT. Pergit num. 2. Abbatiffa, quæ COLLEGII CAPUT EST (an non mixti?) CLERICOS & CANONICAS ſuſpenderit C. Dilecta de Majorit. & Obed. ſolenni modo ex Juris diſpoſitione, ſicut alia veri nominis Abbatiffa ELIGI DEBET C. Indemnitatibus §. penult. de Elect. in 6. Audite! audite Falſitatis Patroni! & diſcite, quòd in Collegiis, ubi Collegæ etiam utriuſque Sexus Præbendas poſſident, ex ſolenni Juris diſpoſitione &c. Abbatiffa eligi debeat C. Indemnitatibus. Quid clariùs? quid aptiùs? quid ſtringentiùs pro Veritate afferri poſſet, quàm teſtimonium tanti Viri, toto Belgio celeberrimi, & quòd ſimuli Officialis, Archidiaconus, & Generalis fuerit Vicarius, ſummè practici? Sed

Sed haud sufficit Zypæo suam hâc super re sententiam semel expressisse; eandem repetit *Libr. 3. Juris Pontif. Nov. num. 6.* dum scribit: *Nivellense porro Collegium à Paschali II. brevem vitæ formam habet, sub vitâ tamen communi; sed Anno 1136. Lotharius Imperator bona dividit: partem Hospitali, alteram Abbatissa, tertiam Congregationi 72. Fratrum & Sororum (an non Collegio mixto?) attribuit. IN ELECTIONIBUS hujusmodi Abbatissarum (nempe quæ præsent Collegio mixto, quæ præsent Canonicabus & Canonicis dimissâ communitate divitum habitantibus) Bonifacius VIII. etiam earum statu non approbato Decreta in Canonicis Electionibus præscripta jubet servari C. Indemnitatibus de Elect. §. pen. in 6.* Et erit, qui post tam clara Testimonia gannire adhuc audeat, mixta Collegia dispositionem Capituli *Indemnitatibus* respuere? dum autem candide Lector hic vides Collegium Canonissarum *Nivellense* ab Eruditissimo Belgâ Zypæo expressè sub eî Capitulo *Indemnitatibus* (quod etiam unâ cum MONTENSI eidem Capitulo signantissimè subjicitur; tum à Corvino à Belderen de Person. Ecclesiast. L. 3. tit. 3. de Canonissis num. 6. ibi: *Habent Capitula Canonicarum Montensium & Nivellenarum à Sede Apostolica Privilegia, & eod. Num. in hujusmodi Abbatissarum Electionibus Papa Bonifacius IX. jubet etiam earum non approbato statu Decreta in Canonicis Electionibus præscripta servari C. Indemnitatibus &c.* tum à Vanespen infra Num. 51.) ride & explode hâc per transennam figmentum illud & idolum, quod Pentandri Westerholtici in *Restriktu Fact. & Jur. in tertiâ Propos. à num. 36.* lepidè confingunt; dum MIXTUM COLLEGIUM Montente lubentes Capitulo *Indemnitatibus* permittunt; mixtum autem Nivellense, Andloviense, Secaniense, Coloniense in Capitolio eidem subtrahunt. Quasi verò Montibus sint duo integra Capitula adæquatè inter se distincta, alterum Canonicorum, Canonicarum alterum; sed sciant Adversarij (ut errare dediscant, aut fingere desistant) in Collegio Montensi, sicut in aliis omnibus omnino mixtis, esse duo Capitula *partialia & inadæquata*, unum Canonicarum, alterum Canonicorum, quæ simul conficiant unum *adæquatum & totale*. Discant id à Myræo L. de Canonic. c. 26. in Rubricâ. Ibi: *S. Waltrudis Collegium Montense Canonicorum & Canonissarum in Hannonia dicit Collegium in singulari; ergo unum est, non COLLEGIA in plurali. Dicit Collegium Canonicorum & Canonissarum, ut scias in unum Collegium confluere Canonissas & Canonicos. Sed volentibus Veritatis Solem obscurare, ex quâvis materiâ trahuntur umbracula, fabricantur nubes & nebulae; sed in viam, & ad Doctores Belgas revertamur.*

Num. 49
Et quidem
duobus in
locis.

Num. 50.
Incidenter
hîc quoddam
Figmentum
Adversario-
riorum ex-
ploditur.

Vanespens pariter Belga, Professor Lovaniensis celeberrimus, Antiquitatis per-
scrutator diligentissimus, à scientiâ Juris Canonici, utinam non etiam à Factione
Jansenisticâ, toti orbi litterato notissimus, Materiam de Canonissis ex professo
tractans in J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. postquam Num. 11. expressissimè egisset
de Collegio Canonissarum Nivellensi, dixissetque, quod Anno 1059. prædia

Num. 51.
Zypæo Bel-
ga Belga
consonat
Vanespen.

Num. 52.
Et his Mussipontanus
è Lotharingia Professor Petrus
Georgius Tholosanus.

illius fuerint divisa in Xenodochium, in Beneficium Abbatissæ, & NB. in Præbendas 72. Fratrum & Sororum. Et postquam Num. 12. perstrinxisset breviter Collegium Monasteriense S. Petri, 15. Canonicarum & 10. Canonicorum, Num. 15. subjungit: *De his Canonicabus Secularibus seu vitam singularem agentibus agit C. Indemnitatibus 43. §. pen.* Ergo & hic Belga, qui usque in summam senectutem Lovanii in medio Belgicarum Canonissarum docuit & scripsit, apertissimè Collegia mixta Capiti *Indemnitatibus* subjecit. Contentus his doctissimis Belgii Duumviris, taceo alios Belgas, & ad Lotharingos propero. Quos inter eminet Universitatis Mussipontanæ inter Lotharingos Decus immortalis, publicusque Professor Georgius Tholosanus, Author ab editis pluribus Libris clarissimus. Is in Syntag. speciali totius Juris Ecclesiast. edito Anno 1595. libr. 2. tit. 9. c. 5. num. 6. ita ait: *Sunt Canonici, qui Præbendam habent in Ecclesiâ Collegiatâ Seculari, sunt & Canonice Seculares, ferè ejusdem considerationis.* Hæc in contextu; ubi ad marginem in Notis addit hæc notatu dignissima Verba: **DE CANONICIS NB. UTRIUSQUE SEXUS SECULARIBUS** in *Clem. 2. §. illas quoque, de statu Monach. C. Indemnitatibus de Elect. in 6.* subintellige: *agitur.* Et maneat altâ mente reposita verba illa: *De Canonicis utriusque sexus Secularibus C. Indemnitatibus de Elect. in 6.* *agitur*; nam illis tota præsens controversia clarissimè deciditur. Vide sis ex hoc §, quàm pulchrè inter se principes Germaniæ Universitates, quàm bellè diversarum aliarum Germanicarum Universitatum publici Doctores, unâ cum Belgarum & Lotharingorum Jurisconsultissimis Viris in id conspirent, quòd Collegia Canonissarum Secularium mixta subjaceant Sanctioni Capitis *Indemnitatibus*. Et sanè, quia Germani, Belgæ, Lotharingi, dum de Canonissis Secularibus scribunt, materiam tractant sibi solis propriam, sibi solis ob oculos positam, adeoque notioerem; illis hac in re credendum magis, quàm cæteris omnibus Nationibus ex auditu tantùm scribentibus; sicut majorem fidem Testis de visu, quàm de auditu indubitatè meretur; quia

*Segniùs irritant animos demissa per aures,
Quàm qua sunt oculis subjecta fidelibus. [a]*

Nihilo tamen fecius, ut constet hocce in puncto non Germanos solùm, Belgas, & Lotharingos, sed Orbem eruditum conspirare universum, diversissimos diversarum Gentium exterarum Doctores in medium proferam. in hoc inter se minimè diversos, quòd uno ore doceant, Collegia Canonissarum mixta jure Capitis *Indemnitatibus* regulari.

[a] *Horat. de Art. Poët.*

§. TER-

§. TERTIUS.

Autores exterarum Gentium mira consensione Canonissarum Secularium mixta Collegia Capiti Indemnitatibus subjicientes.

A Domesticis ad externos perrecturus Doctores, statim in vicinam Galliam, quæ ex propinquo de circumfusis in Germaniâ Belgio & Lotharingiâ Canonicabus præ cæteris procul disitis gentibus rectius sciet judicare; nunc jam digredior. Et ecce continuo illic mihi occurrit Antiquarius, omnibus numeris absolutus. Nomen ei Thomasio: qui in *Veter. & Nov. Eccles. disciplin. part. 1. L. 3. c. 63.* Apertissimè Num. 6. agit de Collegiis Canoniarum mixtis. Ibi: *Circa annum Christi millesimum, ducentimum, & vigesimum scribebat Jacobus de Vitriaco floruisse Canonicas Seculares in Brabantia, Germania, & Hannonia in usdem Ecclesiis esse NB. Canonicos, Canonicasque simul affuisse Choro, & subdit ejusmodi sunt adhuc celeberrima Canoniarum Nobilium Cænobia apud Montes, Malbodium, & alibi.* Idem Author num. 3. rotundè edicit: *De his agere Bonifacium VIII. in 6. L. 1. tit. 6. cap. 43. addit: jubet Pontifex, ut earum Abbatissa annorum sit saltem triginta, eligaturque eodem omnino modo, quo Abbatissæ Regulares.* Si autem DILUCIDE DE HIS, ut Montensi, Malbodiensi, aliisque Cænobiis sive Collegiis agat Bonifacius C. *Indemnitatibus*; DILUCIDE illic agit de Collegiis mixtis; nam in aprico & confesso est, quod Collegia, Montense, Malbodiense sint mixta. *vide infra num. 156. & num. 154.* Sed quod eruditissimo huic Gallo, totique Orbi erudito solis instar DILUCIDUM est, id Antagonistæ quæsitis unde unde tenebris obnubilare operosè, etsi infructuosè, laborant. Confer hic verba Thomasi illa: *De his agere Bonifacium.* & verba Neusseri supra num. 38. *Respondeo decimò VELUT CERTUM, Electiones Abbatissarum in his Ecclesiis debent fieri juxta formam præscriptam à Bonifacio VIII. c. Indemnitatibus & c. & non dubitabis CERTA, & DILUCIDA potius cum Neussero, Thomasio, totoque docto mundo; quàm quisquillas, apinas, gerras, & manifestas Falsitates cum Adversariis amplecti.*

Audivimus ad ipsiusmet *Veritatis* notas pulchrè pro nostrâ sententia *cantantem Gallum*; concinunt ei non solum tota Gallia, sed & Italia, Hispania, Lusitania, & reliquus Orbis.

Audiat ex Italis Practicorum Primipilus, & Curie Romanæ Phosphorus Pyrrh. Corradus isin *Prax. Beneficiar. L. 1. c. 5.* postquam dixisset n. 140. *Licet*

Num. 53.
Autores
exterarum
Gentium
idem sen-
tiant:
Nomina-
rim è Gal-
lia Thoma-
sius, An-
tiquarius
Optimus;

Num. 54. *ista sine Canonica tamen non sunt probata, quia earum vita saepe malum habet finem, prout in d. cap. Indemnitatibus. NB. Námque plurimum habitant permixta, & num. 146. Et in pluribus locis Alemannia ubi sunt Canonici & Canonissa facientes unum Capitulum &c.* Subjungit voluisse DD. Abbreviatores in Literis ad earum Abbatissas dirigendis, quod deberet poni Clausula: per hoc non intendit Papa approbare Statum illarum per textum c. Indemnitatibus. An non per hæc verba Corradus & DD. Abbreviatores Curia Romanæ Collegia mixta manifestè ad c. Indemnitatibus referunt? Referunt utique; & quidem illa mixta in quibus sunt Canonici & Canonissa facientes unum Capitulum. Ut & hæc Autoritate concussum corruat Adversariorum Idolum, quod supra Num. 50. explosimus.

Num. 55. *Audiatur ex Hispanis Alphonfus Glossator Antiquus, glossate ad Regul. 2. Cancellariae apud Chockier ad Reg. 2. p. 31. ubi ita supponit Collegia mixta ad c. Indemnitatibus pertinere; ut videatur censuisse de illis tantum, aut certè de illis potissimum capite Indemnitatibus agi, nam ita loquitur: Quid de Monasterio, ubi sunt Feminae & Viri permisti? de quo c. Indemnitatibus. §. Supradicta. per DD. de Elect. in 6. Licet de Jure non debeant esse talia Monasteria, ut in c. Definivimus, & tribus sequentibus. Ecce Teste Glossatore, etiam alii Doctores passim tradunt de Monasteriis sive Collegiis mixtis agi c. Indemnitatibus, tantum abest ut Glossator Antiquus alique DD. mixta Collegia capiti Indemnitatibus subtrahant, ut etiam expressè eadem illi subijciant.*

Nempe ætate Antiqui Glossatoris necdum somniata erant somnia illa, quibus Adversarii jam somniant Collegia mixta esse casum omissum in Jure.

Num. 56. *Audiantur vel ex præactis, vel ex aliis Gentibus, alii. Nominatim Lopetz de Quindenn. q. 125. per tot. dum de Collegiis Canonissarum mixtis dicit: Eadem Collegia reperiri in Germaniâ, Brabantia, Belgio, Hannonia, Lotharingia, Essa, Ratisbona & alibi, & de illis agi in c. Dilecta 12. de Majorit. & Obedient. & NB. in c. Indemnitatibus. §. supradicta de Elect. in 6.*

Audiatur Vivianus in Rationali Juris Pontif. L. 1. tit. 6. in c. Indemnitatibus, ibi: *Et quoniam extirpare illas Canonicas in quibusdam Provinciis, præcipuè in Germaniâ propter illarum inveteratam consuetudinem videbatur difficillimum, Joan. Vangu. hic, & illas approbare non conveniebat; CUM MONASTERIA NON DEBEANT ESSE DUPLICIA* (scilicet Virorum & Feminarum) c. Definivimus 18. q. 2. & ista Canonica saepe recipiebant Viros hospites, & officabant cum Canonicis. Joan. Andr. hic V. postremò; ideo per hanc constitutionem, scilicet Capituli Indemnitatibus, providetur circa illarum Electionem ad melius quo fieri potest. Ubi si ponderes causales illas. Cum & Monasteria non debeant esse Duplicia, & ideo per hanc Constitutionem providetur circa illarum Electionem, mani-

manibus: quodammodo palpabis, quod Vivianus Collegiorum mixtorum Electionem capiti *Indemnitatibus* alliget.

Audiat Halliger de Sext. Idon. Sacr. Ordin. §. 2. num. 23. ubi dum dicit; Num. 58. quod Bonifacius VIII. præcipiat Constitutionem tuam de Electione Abbatissarum Halliger. apud Canonissas illas observari, de quibus num. 28. ait: *Quod itaque Canonica illa, quæ vulgò Seculares dicuntur, Viris admixta canere dicantur, id minime laudo, & ab Ecclesia mente alienum puto,* an non evidenter Collegia mixta capiti *Indemnitatibus* alligat? imò an non putare videtur omnia Canonissarum Collegia esse mixta? certè in simplicibus Canonissarum Collegiis non canunt Canonissæ admixta Viris.

Audiat Cardinalis Petra, in Commentar. ad Constitut. XIV. INNOCENTII IV. Nunt. 59. Section. unic. qui num. 19. & 20. illas Canonissas ad c. *Indemnitatibus* obstringit, Cardinalis de quibus num. 23. scribit: *Canonicos Canonicasque simul unà Divinas Horas Petra, decantantes, & in Processionibus alteros alterasque tenentes latera canere narrant.* An non ergo hic agit de Canonissarum Collegiis, quæ mixta putabat, fortè ex descriptione Cardinalis Jacobi de Vitriaco supra num. 3. à nobis exhibita?

Audiat Lambertinus de Jure Patronatus part. 1. L. 2. q. 7. princ. artic. 6. Num. 60. n. 3. ibi: *Licet ista vocentur Canonica, non sunt probata, quia illarum vitia sæpe ma- Lambertini- lum habet finem. prout in d. c. Indemnitatibus. §. penult. recitat Joann. Andr. Quod nus. ut plurimum ista Canonica Seculares habitant permixtim.* Ex quibus verbis usque ad evidentiam patet, quod Lambertinus unà cum Joanne Andrea Collegia Canonissarum mixta ad c. *Indemnitatibus* obliget.

Audiantur denique ii DD. omnes, qui præter recensitos dum de Canonissis agunt, generaliter & indistinctè omnes Canonissas Seculares nullâ factâ exceptione Collegiorum mixtorum, ad Capitulum *Indemnitatibus* revocant; nam generaliter dictum generaliter intelligi debet. L. 1. §. Generaliter 1. ff. de Legat. præstand. contr. tabulas. L. ult. C. de Dotib. promiss. Everhard. in loc. de generalib. n. 2. Maximè cum AA. isti, cum ex Jacobo de Vitriaco, tum aliunde probè noverint, Canonissarum Collegia, si non omnia, certè plerâque, & potissima esse mixta, verùmque esse illud Lambertini mox. num. 60. cit. *ut plurimum ista Canonisse habitant permixtim.* Hic enim dici potest, si distinguere volebant, nulla Num. 61. aderat difficultas in re notâ distinguendi. Arg. L. 1. §. 11. in fin. C. de caduc. tol- Autorens. lendo. L. Si rem. 29. §. ult. ff. de Evict. L. Si verò negotium 64. §. de Viro. ff. solut. qui præter- cisatos Can- nonissas: omnes ge- neraliter c. Indem- nitatibus: subiciunt.

Tamburinius de Jure Abbatissar. Tom. 4. disp. 4. n. 3.

Azor Institut. Moral. part. 1. L. 13. cap. 9. q. 5.

Signatellus Tom. 2. consult. 63. n. 1.

Hieronym.

Tamburini-
nius, Azor,
Pignatellus
Hier. Gon-
zalez, Lot-
terius, Pe-
trus Mar-
chantius,
Tonduti,
Beierling,

Hieronym. Gonzalez *Gloss.* 22. n. 17.

Lotterius *de re benefic. libr. 1. q. 19. n. 15.*

Petrus Marchant. *in Resolut. Concern. Regular. casu 18. vers. Secundum igitur.*

Tonduti *Quest. & Resolut. Benefic. part. 2. c. 3. §. 9. n. 49.*

Beierling *in Theatr. vita human. litt. C. verb. Canonissa.*

Sed, Ohe jam fatis est! ohe Libelle! fatis est privatorum Doctorum, quorum vel decima pars ad plenam Victoriam sufficeret. Satis est Responsorum à Florentissimis, & Principibus totius Germaniæ Universitatibus datorum per utramque Facultatem Canonicam, & Juridicam; quæ singulæ, cum sæpè ex 10. vel duodecim Præstantissimis Juris-Consultis constent, ita singulari Wamesio præponderant; ut illius Authoritatem omnino elevent, imò annihilent; nunc

Paulò Majora canamus. (a)

Num. 62.
Rota &
Congre-
gatio, in
causa Col-
legii Mun-
sterbil-
sentis, ex-
pressè resol-
verunt,
Collegia
mixta ad
c. Indem-
nitatibus
spectare.

Et à privatorum Doctorum placitis, à Florentissimarum Universitatum Responis, ad Supremi, quod in terris est, Romani Tribunalis definitivam Sententiam; & ad irrefragabilia Sacræ Congregationis Oracula transcendamus.

Certè dudum est, quando Rota Romana hanc ipsissimam de mixto Collegio Controversiam clarissimè, & evidentissimè decedit. In Decisione illâ Magistrali 17. post Tamburinium de Jure Abbatiss. in Leodiensi Abbatissatûs ferè per tot. vertebatur illic causa super Electione Abbatissæ facta in Munsterbelisiensi Canonistarum Secularium Collegio, quod aliàs Collegium S. Amoris, & S. Landradæ dicitur: est illud Freckenhorstensi, ut ovum ovo, & lac lacti simillimum. Utrumque indubitatè communis vitæ experts, utrumque indubitatè mixtum, Seculare indubitatè utrumque. Et tamen tam Rota, quàm S. Congregatio Concilii in dicta causâ Abbatissatûs Leodiensis, unanimi calculo definit, & declarat, quod Abbatissæ hujusmodi Collegiorum, seu (ut stylo veteri vocantur) *Monasteriorum*, debeant absolutè, irremissibiliter, nullâ eiam immemorabili consuetudine obstante, esse ad minimum *Tricenariæ*. Verba Rotæ in d. decisione. n. 2. sunt hæc ipsissima: *Juxta resolutionem aliàs per Illustrissimos Dominos Sacri Concilii interpretes in hac causâ factam, quantum ad Electionem Elsiæ, NB. Illa non potest sustineri, cum tam ex ipsomet instrumento Electionis, quàm eiam ex ejus propriâ confessione constet. NB. Illam non fuisse etatis legitime 30. annorum, quæ ex dispositione d. c. Indemnitatibus &c. non obstante quacunque consuetudine est necessaria in Abbatissâ.* Hactenus verba Rotæ; quibus omninò consonat Pignatellus Tom. 8. consultat. 49. n. 2. allegans inhæsitivam Sacræ Congregationis Concilii resolutionem. Ibi: *Electionem tamen Abbatissæ in Collegio Canoniarum &c. de quibus c. Indemnitatibus §. penult. de Elect. in 6. &c. præsupposito, quod ab immemorabili in ejus Electione dispositio dicti c. Indemnitatibus. nulla sit habitatio ratio, Sacra Congregatio censuit non comprehendi hoc Decreto (scilicet Conc. Trident. sess. 25. c. 7. de Reform. quadraginta annos in Abbatissa requirente)*

(a) *Virgilius.*

sed

sed NB. teneri observare ea, quæ decernuntur in dict. C. Indemnitatibus, nimirum ætatem triginta annorum, & hujusmodi consuetudinem, scilicet Capiti Indemnitatibus contrariam, esse rejiciendam tanquam corruptelam.

En Rota! En Sacra Concilii Congregatio unanimum sententiam DD. secutæ, clarissimè decidunt, quòd Abbatissa Canoniarum Secularium, qualis est Abbatissa S. Amoris, seu Munsterbilsensis, debeat esse triginta annorum juxta C. Indemnitatibus §. penult. nullâ obstante consuetudine.

Et sanè sola hæc Resolutio (si nihil aliud faveret, cùm tamen faveant omnia) victricem Laurum, & plenos causæ nostræ triumphos præbere deberet; nam quidquid sit de Autoritate Rotæ Romanæ; certè S. Concilii Congregatio suis in Resolutionibus, etiam in casu particulari editis, vim Legis obtinet. Fagnan. in c. quoniam num. 3. & seq. de constitut. Barbosa §. E. V. L. 1. c. 4. n. 81. Rota decis. 74 num. 4. tit. final. de Miscellan. coram Eminentissimo Falconier. Quare meritò in hac geminatâ S. Congregationis Resolutione triumphamus, eamque tanquam certam Victoriæ arrham utrâque amplectimur manu. Nec dubitamus futurum, ut Sacra Concilii Congregatio, si interrogetur, idem respondeat in hæc causa Freckenhorstensi, quod olim respondit in Munsterbilsensi.

Ne quis autem ambigat Collegium Munsterbeliense, ut & est Freckenhorstense, mixtum esse, liquet id ex ipsa d. Decis. Rotali à n. 7. ibi: Quod procedit etiam in Electione Abbatissæ, quæ faciendâ est à Mulieribus simul cum Masculis, ut tradit Joan. Andr. in d. C. Indemnitatibus sub num. 3. V. Canonica. Et Geminianus in §. supradicta n. 4. qui dicunt prædictum textum habere locum etiam, quando Canonici Seculares simul adsunt cum Mulieribus. Liquet clariùs ex Decision. Rotæ in Leodiensi Coadjutoriæ 17. Maji 1680. coram Vice-Comite in principio; ibi: Postquam Sacra Congregatio Consistorialis demandaverat Relaxationem Supplicationis Coadjutoriæ Abbatissatûs Ecclesiæ Collegiatæ utriusque sexûs, loci Munsterbilsensis sub invocatione S. Amoris. An non Ecclesiæ Collegiatæ utriusque sexûs est mixta?

Frustra autem fatalem illam Rotæ & S. Congregationis Resolutionem à Freckenhorstensi Electione avertere conantur Advocati Westerholtici, dum dicunt primò inanissimè & per merum figmentum: quòd Electio Münsterbeliense fuerit de Abbatissa Regulari, seu Professâ; nam constat evidentè toti Belgio, quòd Collegium Münsterbilsense sit Canonissarum Secularium, quæ nullam professionem faciunt; sed nubere, dum volunt, valent; & patet primò ex ipsâ d. Decis. Rotali, in quâ Elsiæ tantùm obijcitur, quòd non sit legitimæ ætatis triginta annorum; qualis etiamnum requiritur in Abbatissis Secularibus juxta C. Indemnitatibus, cùm è contra in Abbatissis Regularibus, secundùm Tridentinum, expressè requirantur Anni quadraginta: Sess. 25. cap. 7. de Regular. ibi: Abbatissa &c. eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam Professionem

F

lauda-

Num. 63.
Resolutiones, quas Sacra Concilii Congregatio, vim legis habet.

Num. 64.
Collegium Canonissarum Munsterbilsensis est mixtum.

Num. 65.
Est secularis.

laudabiliter vixerit. Hinc cum Elise non objiciatur defectus *quadraginta*, sed tantum *triginta* annorum, & nulla fit mentio de *expressâ Professione*, signum manifestum est, quod ibi non de *Regulari*, sed de *Seculari Abbatissâ* sit actum.

Num. 66.
Testes de
seculari-
tate.

Miræus,

Guicciar-
dinus.

Zypæus, qui
vel solus
Adversa-
riorum fig-
menta con-
vellit.

Patet secundo, quia de *Secularitate* aliunde constat. Testatur de illâ Myræus Belgarum Historicus celeberrimus, qui L. de Canonic. c. 34. de hoc ipso individuali Collegio agens in fin. ait: *EST COLLEGIUM UTRIUSQUE SEXUS SECULARE*. Testatur de illâ Rerum Belgicarum peritissimus, Testisque oculatus Guicciardinus in Descriptione totius Belgii, & signanter in Descriptione Leodii pag. 508. ibi de *Bilsâ* ita scribit: *Perinsignis ad Demeram flumen pagus est, Sedi Leodiensi subditus, & Amplissima Abbatia, Münsterbilsen vulgò appellata, conspicuus. Eam etiam colunt Canonica nobili stirpe prognata, qua & ipsa, cum visum est, nubunt. Si autem nubant, Seculares sunt Canonissæ.* Testatur de eâ Belgii Oraculum & magnus Canonista Zypæus, qui L. 3. Consultat. Canon. de Regular. Consult. 17. de *Canonissis Secularibus* ita scribit à num. 2. *Pluribus superioris inferiorisque Germaniæ locis talia Collegia sunt fundata, & Collega, etiam NB. utriusque sexus Præbendas possident. Abbatissa, qua Collegii caput est &c. solenni modo ex juris dispositione sicut alia veri nominis Abbatissa ELIGI DEBET.* Et num. 8. *Canonica Seculares adscripta suis Ecclesiis Secularibus* (attendatur bene ad omnia verba, quia hic Autor solus abundè hoc loco in uno folio confutat, & refellit omnia partis adversæ figmenta, tam studiosè ad tegendam veritatem plus quàm integro decennio elaborata) *in iis vivunt ut Canonici Seculares, Horas Canonicas decantant, Orationi & cultui divino vacant, in sortem & partem Domini sunt vocata ut Canonici &c.* Et num. 12. NB. *Nomen porrò Monasterii etsi principali significatione indicet locum Regularem, tamen usus etiam ad secularia Collegia transfudit; tam feminini sexus, ut NB. Münsterbilsen; quàm ad Cathedralia Virorum, ut Monasteriense, & Ultrajectinum, & alibi. Eò fortè, quod populus, pene quem est usus Vocabulorum, vulgò non adverterit differentiam inter Regulares & Canonicas Domos, quas viderent symbolizare in divinis Officiis per agendis. Ubi præter alia multa, suis locis non semel inculcanda, vides Collegium Münsterbilsense inter Collegia Canonissarum *Secularium* numerari, & quidem ab Officiali & Vicario Generali Belgico, de rebus Belgicis optimè instructo. Adde Rotæ Decisionem 138. num. 1. 12. 14. 15. in Leodiensi Coadjutoria 17. Maji 1680. coram Bon. Memor. Vicecomit. Adde Documenta, quæ Advocati Winckelhau- fici in Summar. addit. num. 6. Romæ in hac causâ adduxerunt. Nec dubites, Collegium Münsterbilsense jam tum tempore dictæ Decis. Rotalis, & Resolutionis S. Congregationis *Seculare* fuisse; nam totâ Demonstratione primâ evicimus, quod jam ante finem Seculi tertii decimi Canonissæ generaliter rejectâ communitate ad vitam singularem & secularem sint relapsæ. Et de hoc individuali Münsterbil- sensu Collegio jam ante istam Rotæ & S. Congregationis Resolutionem editam*

Num. 67.
Münster-
bilsenses
jam Secu-
lares fuisse
ante dict.
Rotæ & S.
Congreg.
Resolutio-
nem.

Anno

Anno 1594. Guicciardinus num. 66. citatus, dicit: Munsterbilsenses Canoniffas posse nubere, adeoque esse Seculares. Scripsit autem Guicciardinus Anno 1560. hinc evidens est, quod resolutiones Rotæ & S. Congregationis in causâ Munsterbilsensi datæ, casum Freckenhorstensem liquido decidant, ut loco Ellixæ meritò ponatur Westerholtia: Et ita respondeat in presenti negotio Rota: *Juxta Resolutionem aliàs per Illustrissimos Dominos Sacri Concilii interpretes factam, quantum ad Electionem Westerholtia, Illa non potest sustineri, cum constet illam non fuisse ætatis legitima 30. annorum, quæ ex dispositione d. c. Indemnitatibus, non obstante quacunque consuetudine est necessaria in Abbatissa.*

Nec refert primò, quòd extensor d. Rotalis Decisionis pro requisitâ 30. annorum ætate præter c. *Indemnitatibus* citaverit *Trid. sess. 25. c. 7. de Regular.* nam in hoc Extensor evidenter erravit; cum Tridentinum illic non *triginta*, sed *quadraginta* annos requirat. Et si illic fuisset actum de Abbatissâ Regulari, quæ debet esse quadragenaria, debebat solum *Trid.* citari, non c. *Indemnitatibus*: cum autem, ut demonstratum est, fuerit Abbatissa *Secularis*; solum c. *Indemnitatibus* allegandum erat. Nec mirum, lapsum Extensorem:

Quandoque bonus dormitat Homerus (a)

Et opere in longo fas est obrepere somnum (b)

Nec qui Extensoris officium induit, hominem exuit. Et *cujusvis hominis est errare.* Et satis Extensorum hujusmodi non raros lapsus Cardinalis de Luca in *Relat. Curia Rom. disc. 32. n. 75. & 77.* aliique deplorant. Rectè Poëta:

Suus cuique attributus est error (c)

Fingamus tamen actum illic de Abbatissâ Regulari. Nihilominus Resolutione S. Congregationis & Rotæ tanquam fulmine disjicitur, dissipatur, & extinguitur figmentum illud partis adversæ, & Wamesii, quo fingitur, quod caput *Indemnitatibus* non comprehendat Collegia *mixta*: nam ex ipsâ Resolutione patet, quod ibi fuerit actum de Collegio mixto. vide num. 64. ergo caput *Indemnitatibus* (quod Adversarii fingunt esse correctorium Juris Antiqui, adeoque non extendendum ad Collegia *mixta*) reverà se extendet ad Collegia *Regularia mixta*, non obstante figmento Adversariorum. Ergo pariter non obstante figmento Adversariorum se extendet ad Collegia *mixta Secularia* Canonissarum; quia nec umbra disparitatis apparet. Adeoque quocunque se vertant Adversarii fateri dirâ compelluntur necessitate, quod c. *Indemnitatibus* se extendat ad Collegia *mixta*. Atque sic debellatum est in pugnâ quam tanto strepitu, etsi omnino temerè, solo Wamesio classicum canente, de mixtis Collegiis contra nos & integros Authorum exercitus infeliciter movit pars adversa. Jacet hinc Antagonistarum Achilles. Equidem ruinis ejus, superscribo illud Horatianum

Vas consili expers mole ruit suâ (d)

F 2

(a) *Horat. de arte Poëtic. v. 359.* (b) *Horat. ibidem.* (c) *Horat.*
(d) *Ovidius L. 1. Metamorph. v. 150.*

Num. 68.
Lapsus Extensoris Decisionis cuiusdam Rotalis.

Num. 69.
Abbatissa Regularis non 30. sed quadraginta annorum esse debet.

Num. 70.
Capite Indemnitatibus agi de Collegiis mixtis, concludenter probatur ex Resolutione S. Congregationis Concilii & Rotæ.

Trium-

Triumphum & hic Victrici Veritati decernat Astra, nisi iterum
 - - - - Terras Astra reliquit (a)

Nam

Hac est precipuo Victoria digna triumpho (b)

Cum ex resolutione illâ S. Congregationis, & Rotæ (sive jam illic agatur de Abbatiflatu Regulari, sive Seculari) nimis manifestè appareat, quod caput *Indemnitatibus* agat de Collegio *mixto*, quod tamen Adversarii aliàs perfrictâ fronte negârunt, pernegârunt, abjurârunt. Quòd si Adversariis (ut sunt fabularum pleni, & illis more plautini vasis hanc illac perfluunt) fingere allubesceret in d. Rotæ & S. Congregationis Resolutione, non caput *Indemnitatibus*, sed solùm *c. 7. Trident. sess. 25. de Regular.* attendendum esse; licet id manifestè falsum sit, eo tamen dissimulato, auribus iterum Adversarios teneo; nam si illic Tridentinum 40. annos exigens, ad Regularia Collegia mixta, se extendat; non attento, quod in hoc manifestè sit correctorium capitis *Indemnitatibus*, 30. solùm annos requirentis; quo, amabò, veri colore, dici poterit, quod caput *Indemnitatibus*, se non extendat ad Collegia Secularia Canonissarum mixta, etsi (quod falsissimum esse evincam num. 205.) verum foret, quod sit correctorium capitis *Cum in cunctis de Election.* Maneat itaque tanquam certum, quod (ut uno ore docent Authores Antiquissimi, medii, moderni, ut docent Germani, Belgæ, Lotharingi; ut docent Galli, Itali, Hispani, cæterique; ut docet Rota, & ipsamet plus vice simplice, Sacra Congregatio) quod inquam, capitulum *Indemnitatibus*, non obstantibus Adversariorum cavillis comprehendat, & quidem multò maximè, *Mixta* Canonissarum Collegia; quæ veritas adhuc magis illucescet, ubi parte 2dâ hujus operis, à num. 103. à frivolis adversariorum objectiunculis vindicata, & novis, intrinsicisque rationibus mirum in modum ulterius illustrata fuerit.

C A P U T VI.

Sextam proponit Demonstrationem, qua maxime tangit Collegia Canonissarum singulatim habitantium.

DEMONSTRATIO SEXTA.

SI omnes Doctores, nullo reclamante, doceant capite *Indemnitatibus* agi de Canonissarum *separatim* habitantium Collegiis, tum id tanquam moraliter certum & evidens est omnino tenendum. Atqui. Ergo. Majoris Veritas patet

(2) Ovid. L. 2. Am. Eleg. 12. dist. 2.

pater ex dictis num. 3 4. Minor probatur primò hoc argumento: *Canonissæ Seculares* sunt Canonissæ, quæ rejectâ communi vitâ privatam sunt amplexæ. Patet ex Demonstratione 2. à n. 2. sed omnes DD. docent C. *Indemnitatibus* agi de *Canonissis Secularibus*. ut liquebit inspicienti AA. ergo. 2dò omnes AA. docent cap. *Indemnitatibus* agi de talibus Canonissis; quales tempore Bonifacii extiterunt, propter verba præsentis temporis: *Sunt Mulieres &c.* quibus utitur Bonifacius IIX; sed tales habitârunt, & vixerunt extra communitatem singulatim, ut totâ Demonstratione primâ à num. 3. evictum est. Ergo. 3tiò omnes AA. docent eapite *Indemnitatibus* agi de Canonissis, quæ tempore Bonifacii VIII. ita vivebant, ut vivebant id temporis *Canonici Seculares in Ecclesiis Secularibus*; propter clara verba textus C. *Indemnitatibus*: *sed vivunt, ut in secularibus Ecclesiis Canonici seculares.* Atqui Canonici seculares sub tempus Bonifacianum vivebant, & habitabant rejectâ communitate singulatim, ut totâ Demonstratione tertiâ abundè illuxit à n. 24. Ergo.

4tò. Omnes AA. docent capite *Indemnitatibus* agi de illis Canonissis, quas Papa expressè noluit approbare propter verba textûs: *per hoc tamen earum statum &c. nolumus, nec intendimus approbare*; sed tales Canonissæ sunt Canonissæ abjectâ vitæ communitate separatim habitantes, ut patet ex Demonstratione 4tâ à n. 29. Ergo.

5tò. AA. omnes docent capite *Indemnitatibus* agi de istis Canonissis, quibus jamtum permittæ erant Matrimonia, ut patet ex Glossâ in C. *Indemnitatibus V. Provinciarum*; ubi refert se ad C. *Dilecta de Major. & Obed. Glossam penultimam*, quæ illic V. *Canonicas*: de iis dicit: *imò quandoque contrahunt Matrimonium.* In quâ Doctrinâ Glossâ habet omnes sequaces, nullo in diversa eunte; sed non antè fas fuit Canonissis nubere, quàm dum desertâ communitate privata domicilia extruere, & cum Viris conversari cœperunt; nam vigente vitâ communi omne usque ad eò cum Masculis colloquium Canonissis erat interdictum. Vide suprâ num. 6. erântque voto perpetuæ Castitatis omnes devinctæ. Constat id ex cap. 8. Regulæ Canonicabus à Concilio Aquisgranensi præscriptæ. Ubi præcipitur, ne facilis detur ingressus iis, quæ vitæ Canonicarum communi se dedere ambiant. *Quia, inquit, postquam se Domino in hâc militiâ devinxerint, nequaquam sibi licitum erit propriis consiliis uti, nec secularibus penitus implicari posse negotiis, nec frequentiam Virorum, aut colloquutionem familiarem absque causâ inevitabili habere debent; proinde scrutentur priùs arcana cordis sui &c. NE INCONSULTE VINCLUM CONTINENTIÆ, & VIRGINITATIS arripientes redeant post Sathanam, & fiant sicut canis reversus ad vomitum.* Ubi per *vinculum Continentiæ & Virginitatis*, aliâque verba Votum perpetuæ Castitatis sat luculenter significatur, teste Vanespen J. E. V. p. 1. tit. 33. c. 2. n. 6. Ergo. Ubi incidenter adverte, quòd Voti istius vestigia (quæ jam longa dies in omnibus

Num. 71.
omnes AA.
C Indemnitatibus
& penult.
intelligunt
de Canonissis
singulatim
vivuntibus

Num. 72.
Canonissæ,
dum communitate
viverent,
voto perpetuæ
Castitatis obstrictæ fuerunt.

penè Collegiis penitus abolevit) sub prima singularis vitæ initia in pauculis Canonissarum Collegiis aliquamdiu penes Abbatissam remanserint.

Num. 73.
Abbatissa
Canonissa-
rum, etiam
post abdi-
catam
communi-
tatem, se
olim voto
castitatis
obstringe-
bant, qui
mos passim
jam exo-
levit.

Nota pariter, quòd non solum anno 1250. Glossator Bernardus Compostellanus in *C. Dilecta* cit. sed & Jacobus de Vitriaco (quem Num. 3. loquentem audivimus) jam anno 1220. similes Canonissarum Nuptias cum aliis veterrimis Autoribus decantet; novo argumento, quòd Canonissæ perdudum ante finem Seculi 13. singularem vitam sint auspicatæ, quòdque Caput *Indemnitatibus* non alias, in quas ageret, Canonissas invenerit, quàm singulariter habitantes, more ritùque Canoniorum Secularium viventes seorsim.

Num. 74.
Testimo-
nium om-
nino exi-
mium, &
singulare
Vanespenni,
de eo, quòd
Canonissa
singulari-
ter viven-
tes, & qui-
dem hæ
solæ ad *C.
Indemni-
tatibus*
spectant.

Rectè id advertit Doctissimus Antiquitatis Indagator Vanespen hinc, qui J. E. V. part. 1. tit. 33. cap. 2. scripsit num. 11. *Canonissas Nivelleses abolitâ communitate* anno 1059. transisse ad vitam singularem, qui addit num. 12. *admodum verosimile apparet, quòd sicut Canonici circa Seculum 12. & 13. desertâ vitâ communi transierunt ad vitam secularem; ita quoque Canonice circa idem tempus à vita communi transire cœperunt ad vitam singularem; & num. 14. Sicuti Canonici post dimissam vitam communem, & arreptam singularem dicti fuere SECULARES ad distinctionem eorum, qui vivunt sub Regulâ certa in communi; ita Canonice post transitum ad vitam singularem dici cœperunt Canonice Seculares;* subdit num. 15. *De his Canonibus Secularibus, seu (nota bene Lector, adverte Judex, audi Orbis universe!) SINGULAREM VITAM AGENTIBUS* agitur cap. 43. §. penult. de Elect. in 6. *cujus Author est Bonifacius VIII. qui sedit sub finem Seculi 13. declaratque formam prescriptam in Electione Abbatissarum Monialium, etiam servandam in iis Monasteriis, ubi sunt juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec Professionem faciunt Regularem, sed vivunt, ut in secularibus Ecclesiis Canonici seculares, vocanturque in Rubricâ Decretalis Canonice Seculares.* Et tandem num. 16. subjungit: *Quâ ratione ad exemplum Canoniorum secularium cum vitâ singulari ad secularem quodammodo Seculo 13. transissent Canonice, narrat illius temporis non contemnendus Historicus, Cardinalis de Vitriaco in Historiâ Occidentali cap. 13.*

Quid aptius in rem dici posset præsentem? quid nostræ sententiæ faventiùs? quid contrariæ fataliùs dici scribi que posset? certè ex hoc loco Vanespenni, magni illius Antiquarii, patet ineptissimam, & falsissimam esse Adversariorum exceptiunculam, quâ illi comminiscuntur, Freckenhorstensem Electionem ideo non non spectare ad *C. Indemnitatibus* §. penult. & c. quòd Canonissæ Freckenhorstenses missâ communitate habitent *singulariter*, & vivant vitam *singularem*; cum ex loco isto manifestum sit, quòd ad *C. Indemnitatibus* solæ spectent Canonissæ *singulariter viventes*: nempe *DE HIS CANONICABUS SECULARIBUS, seu VITAM SINGULAREM AGENTIBUS* agitur *C. Indemnitatibus* §. penult.

penult. de his, & non aliis *Secularibus*, seu *singularem vitam agentibus*, ut ex particulâ seu discas Synonyma esse: *Canonissam secularem* & *Canonissam singularem vitam agentem*. Unde, cum Caput *Indemnitatibus* §. pen. solum agat de *Canonibus secularibus*, ut habet Summarium in illum §. solum quoque ager de *Canonibus* vitam *singularem agentibus*. Nec id mirum, quod sub finem *Seculi* 13. tempore Bonifaciano, delitâ jam communitate, vita *Canonissarum singularis* obtineret: nec Pontifex mortuis, aut in concavo *Lunæ*, vel in spatiis imaginariis existentibus *Canonissis*; sed vivis, sed in terra degentibus, Capite *Indemnitatibus* legem scripserit, hinc erubescat pars adversa (nisi tamen illam

Num. 75.
Synonyma
sunt Cano-
nissa Secu-
laris &
Canonissa
singulari-
ter extra
commu-
nitatem
vivens.

Depudit, profugusque pudor sua castra reliquit.) [a]

quod hisce similibusque fabellis ultra integrum decennium cursum *Justitiæ* sufflamnaverit; imò quod ejusmodi à *Veritate* alienis, moribus *Germaniæ* contrariis, & vulgò cognitæ *experientiæ* dissonis impressionibus facerrimum illud *Rotæ Tribunal* in eum *Facti* errorem abstraxerint, seduxerintque ad *Sententiam* ad eò præjudicalem. Adverte hic candidè *Lector*, quomodo *Vanespens* non dubitet *Canonissas seculares* seu *Vitam singularem* agentes, vocare illas *Mulieres*, quas *Bonifacius VIII.* dicit *in Monasteriis* vivere, ut *vivunt in secularibus Ecclesiis Canonici seculares*; nempe non poterat prævidere *Autor* hic (qui interpretatione suâ totam *Antiquitatem*, omnesque *modernos* Interpretes tequebatur) *bella* (si *Diis* placet) *horrida bella*, à *Patronis Westerholticis* de voce *Monasterii* tam streperè & tam inaniter movenda.

Num. 76.
Quam ergo
frivola ob-
jectis de
vita singu-
lari Frecken-
horstensi
Canonissarum!

Non possum, quin hoc loci insignem detegam imposturam: *Adversarii* in *Refrictu suo Facti & Jur.* in 3tia *Propos. n. 32.* quid non audent? ut probent ad *Indemnitatibus* requiri *Monasteria*: citatum *Vanespens* textum pro se obtorto collo, sed mutilum, sed truncum infideliter adducunt, omittendo verba illa: *seu vitam singularem agentibus*; quæ totum ipsorum figmentum, ceu telam araneorum disjiciunt, totamque ipsorum causam pessumdant.

Detegitur
Impostura
Adversariorum.

His artibus malæ causæ defenduntur *Romæ*. Canant *Adversarii* cum *Cicerone*: *Nos populo imposuimus, & Oratores visi sumus*. Sed à *Vanespens* ad alios *Autores* moveamus gradum; ut constet in id conjurâsse *Scholam universam Canonistarum*, quod non aliâ ad *Indemnitatibus* §. penult. spectent *Canonissa*, quam quæ, ut temporibus *Bonifacianis* vivebatur, viverent *singulariter*.

Ad eisdem huc *Magne Canonista*, *Joannes Antoni* à *S. Georgio*, *Episcopo Sabinenfis Cardinalis Alexandrinus* vocate, *Glossator* perantique, & tuam in *Controversiâ* à nemine hætenus, quam ab *hesternis Jctis*, *Patronis Westerholticis* motâ, prome *sententiam*! is in *Can. fin. XII. q. ult.* ita scribit: *Loquitur, Cardinalis scilicet Canon, de quibusdam Monialibus, quales sunt in terrâ Teutonicorum, quæ propriis non abrenuntiant, & sicuti Clerici seculares propria habent, ET NB.*

Num. 77.
Præclarissimum Testimonium
Cardinalis
Alexandri.

SIN-

(a) *Ovidius.*

SINGULATIM VIVUNT, nec sunt *Monacha*, sed *Moniales*, & *Canonica Seculares*, & tales possunt condere *Testamenta*. *Hæ sunt de quibus loquitur hoc cap. & c. Virgines XXVII. q. I. secundum Hugon. & Archid. & c. Dilecta de Majoritate & Obed. & ibi de hoc in ult. Gloss. & NB. in c. Indemnitatibus circa finem de Elect. in 6. cum Glossa ibi : audite hæc Advocati West. & verba ista : SINGULARITER VIVUNT : CANONICÆ SECULARES : Hæ sunt de quibus loquitur & c. C. Indemnitatibus & c. cum Glossâ. Audite inquam hæc verba, & si potestis, eadem cum officiis vestris [quibus Curia Romanæ imposuistis, & persuasistis Canonissas singulariter viventes non pertinere ad C. Indemnitatibus] componite. An Canonicae SINGULARITER VIVENTES (quod vos tam streperè hæctenus, quàm immerito requisivistis) uno Claustro, uno Refectorio, unis Officinis, uno sunt usæ Dormitorio?*

Num. 78.
Luculen-
tissimum
Testimoni-
um Petri
Marchan-
tii.

Adesdum & tu totius Ordinis S. Francisci aliquando Definitor Generalis, & per Germaniam, & Belgium Commissarie Generalis de Canonicabus Germaniæ & Belgii, si quis alius, informatissime Petre Marchanti : & in hoc vitiligio, laborantem veritatem adjuva, calculo tuo. An Canonissæ singulariter viventes capiti *Indemnitatibus* sunt subjectæ? is in *Resolutionibus concernent. Regular. cas. 18.* sententia sua pandit, dum ait : *Est quoddam Collegium Nobilium Virginum in Belgio sub instituto Canonissarum viventium, in quo juxta antiquissimam Foundationem Nobilissima, etiam Stirpis Regiæ, & Nobiles Virgines ad hæc usque tempora vivunt, calibem vitam agentes, SUB OBEDIENTIA ET REGIMINE unius Abbatisse ; amictu Ecclesiastico, à Secularibus distincto, Officia Divina persolventes ; Quæ antiquitus in Communi vivebant, successu autem temporis ex communibus bonis Præbendæ in singulas assignatæ [nota vitam SINGULAREM] & distributæ sunt. COLLEGIUM illud passim vocatur nomine Monasterii in antiquis chartis, & Virgines ibi viventes nomine Monialium, sive Sanctimonialium nominatæ sunt, & INTERDUM MODO APUD VULGUM NOMINANTUR.* & infra : *Collegium ad modum Monasterii edificatum fuit ; ut apparet ex Claustri ambitu, Dormitorio, Refectorio, & aliis Monasticis Officinis, QUARUM ADHUC VESTIGIA visuntur ut etiam visuntur vestigia vitæ communis Freckenhorsti, & in plerisque antiquis Canonissarum Collegiis. Tandem subdit : ET DE HIS AGITUR cap. Indemnitatibus. tit. de Elect. in 6. §. Supradicta. DE HIS, nempe, quæ Antiquitus quidem in communi vivebant successu autem temporis ex communibus bonis, Præbendas privatas adeptæ, ad vitam transière singularem. Non potuisset melius Marchantius Canonissas Freckenhorstenfes describere, easque ad c. Indemnitatibus referre ; nisi quod nomen Freckenhorsti apponere potuisset.*

En Author in Rebus Germanicis, & Belgicis verfatissimus Collegium Canonissarum solutâ Communione singulariter viventium, expressè ad C. *Indemnitatibus*

tatibus revocat, nullâ habitâ ratione, quod illic non ampliùs esset forma Monasterii strictè dicti. Ut non ille risisset, si audiisset affanias, & offucias, quas Advocati West. extrahunt ex voce Monasterii!

Indubitatè singulariter vivitur, & habitatur in Collegio Canonissarum Nivellensium: apello testem Belgium totum, cui de hoc constat, & celeberrimum Belgii Descriptorem Ludovicum Guicciardinum, qui in descriptione Collegii Nivellensis ita discurret: *Virgines quæ hic degunt, & Canonica aliàs appellantur, seu Domicellæ SUAS* (notate bene) *QUÆQUE SEORSIM AB ALIIS HABENT ADES, EASQUE CIRCUM JUXTAVE DIVÆ GERTRUDIS, in quo Templo preces suas horarias decantant. Manè quidem, & dum Religioni operantur, cultu Spirituali, sive Ecclesiastico [sed qui Nobles deceat, ut ipsæ sunt] candido, pellibûsque pretiosis suffulto; à Meridie ferè Seculari, ut vocant, veste, exserico & id genus Materie, Nobilium Puellarum in morem ornata.* Nempe simillimæ sunt in habitatione, & cultu Canonissæ Nivellenses & Freckenhorstenes, de habitatione Freckenhorstensium. Scribit ità Celeberrimus Actorum Belgicorum Scriptor Bolandus in *Vitâ S. Thiatildæ*, primæ Freckenhorstensium Abbatissæ, in addend. 30. Maji. pag. 1156. ad sinistrum templi latus jacet vetus & amplum Clausstrum Canonicarum: ubi quarundam sunt Domicilia: aliarum, uti & Abbatissæ, circum Chorum. Unde vides Nivellenses, & Freckenhorstenes convenire in habitatione: jam autem hætenus nemo unus Authorum, ne ipse Wamesius, Adversariorum idolum somniavit unquam, Electionem Abbatissæ Nivellensis ob singularem vitam Canonissarum, dispositioni Capituli Indemnitatibus subtrahendam; nam aliàs certè Wamesius in *Consil.* 20. cum Mixturâ, etiam singularem eligentium vitam prætexuisset, ut Electionem Decani, à Capite Indemnitatibus, & à C. Quia propter, vindicaret. Imò illic num. 2. Electionem Abbatissæ Nivellensis implicite dispositioni C. Indemnitatibus subdit illam expressè Zypæus, & quidem duobus locis scilicet J. P. N. L. 3. n. 6. & L. 3. Consultat. Canonic. de Regular. consult. 7. de Canoniss. Secularibus. n. 1. Vanespen. J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. & 11 Corvinus à Beldereren de Person. Ecclesiast. L. 3. de Canonissis. num. 6 ad c. Indemnitatibus referunt. Cur autem singularitas vitæ magis Electionem Abbatissæ Freckenhorstensis, quàm Nivellensis Capiti Indemnitatibus suffureretur? an Collegium Nivellense magis Monasterium est, quàm Freckenhorstense?

Num. 79.
Nivellenses Canonissæ seorsim habitant; & tamen Electionem Abbatissæ, nemo Capituli Indemnitatibus subducit.

Indubitatè singulariter vivitur, & habitatur in Collegio Canonicarum Montrensi. Testem iterum totum Belgium & Guicciardinum adduco. Ultimus de illo ita scribit in *Descript. Belgii* pag. mihi 155. ubi de montibus agit. ibi: *Videndum est in hac Urbe Nobilissimum illud Collegium Canonissarum &c. conditum &c. ab Illustri Muliere Divâ Gualtrude &c. dico istam Heroïnâ struxisse pulcherrimi operis templum, & in eo instituisse Celeberrimum illum Ordinem Ca-*

Num. 80.
Montrenses Canonissæ seorsim habitant; &

tamen Ca-
piti In-
demnita-
tibus, vul-
gò subdun-
tur.

nonicarum &c. in quem solum recipiantur Dynastarum &c. Filia, qua honesto
satis proventu ab ipso Collegio sustentantur, & NB. SINGULAS MANSIO-
NES TEMPLIO FERÈ CONFIGUAS INCOLUNT. &c. licet autem
eisdem cum lubet nubere &c. en iterum Canonissas seorsim, more Freckenhor-
stensium, & omnium aliarum Canonissarum multis seculis habitantes, &
tamen nemo haectenus Doctorum, Canonissas Montenses ausus fuit Dispositioni
Capitis Indemnitatibus sublegere; quin potius easdem omnes AA. qui hanc Ma-
teriam tractant, expresse & disertè Capiti Indemnitatibus subjiciunt. Eas NO-
MINATIM Capiti Indemnitatibus subjicit Thomasinus in *Veter. & Nov. Eccles.*
disciplin. part. 1. L. 3. c. 63. nam dum num 3. generatim de Canonibus Secu-

Num. 81.

Collegia
Canonissa-
rum seor-
sim habi-
tantium;
nihilomi-
nus Cœ-
nobium vo-
cantur.

laribus asseruisset, Dilucidè de his agere Bonifacium L. 1. tit. 6. c. 43. in 6. sub-
jicit num. 6. *Ejusmodi sunt adhuc celeberrima Canonicarum Nobilium Cœnobium,*
apud Montes, Malbodium, & alibi. Ecce Doctissimus hic Antiquarius non
veretur Collegia Canonissarum, notoriè seorsim habitantium, etiam moderno
tempore, licet stylo vetere, vocare COENOBIA, quamvis tò Cœnobium, ex
Etymologiâ ipsâ nominis, *Communitatem* significet, vitamque communem,
ut novit vulgus Grammaticorum. Et tamen Advocatorum West. quincunx,
grande piaculum esse ducit; si istiusmodi Canonissarum Collegiis nomen
Monasterii (quod tamen ex ipsâ sua Originatione primâ Solitudinem, & vitam

Num. 82.

Monaste-
rium So-
litudi-
nem, &
vitam sin-
gularem,
ex Etymo-
logia signi-
ficat.

solitariam importat) concedatur; mavultque bellum, Trojano diuturnius, in
Curiâ Romana propter unum vocabulum agitari, quàm pati, ut Collegia Ca-
nonissarum seorsim habitantium, juxta Antiquorum, & nostrorum tempo-
rum usum, juxta Germanorum, Belgarum, Lotharingorum, omniumque
externorum Authorum communem loquendi Methodum, *Monasteria* in
hac materia appellentur. O Religiosos, medius fidius, interpretes, an Nu-
givendos? sed hac super re, quam ad plenissimam saturitatem pertractabo à
num. 261. hæc per transennam, ad *Montenses* Canonissas redeamus. Eas
nominatim Capiti Indemnitatibus subjicit Corvinus à Belderen de *Person. Eccles.*
L. 3. tit. 3. de Canoniss. num. 6. ibi: habent Capitula Canonicarum Montensium,
& Nivellenarum à Sede Apostolicâ Privilegia. Paulò ante dixerat: *in hujusmodi*
Abbatissarum Electionibus Papa Bonifacius VIII. jubet, etiam earum non appro-
bato Statu, Decreta in Canonicis Electionibus servari C. Indemnitatibus. §. penult.
de Elect. in 6. Eas nominatim Capiti Indemnitatibus subjicit Vanespen J. E. V.
part. 1. tit. 33. c. 2. nam postquam num. 12. tractasset de Collegio Montensi,
num. 16. addit: *De his Canonicabus Secularibus, seu vitam singularem agentibus*
agitur C. Indemnitatibus &c.

Indubitatè singulariter vivitur, & habitatur in Collegio *Seccingensi*, vel
Secanico: & ita indubitatè illic victum & habitatum est jam (quod bene notetur)
ante tempora Bonifacii VIII. Nam de hoc Collegio ità scribit *Bruschius in Chrono-*
nologia

nologia Monasteriorum P. Secanis. pag 530. Domina Elisabetha de Busnang Princeps, & Matertera Alberti Romanorum Regis, praesuit Anno 1307. (scilicet paucissimis annis post ortum Capitis Indemnitate) & Anno Domini 1316. haec Palatium, in qua Abbatissa habitaret, amplum, & Augustum construxit, quod postea bellicis tumultibus vastatum, hodie adhuc der Althoff/ [Aula Antiqua] dicitur, habuit haec Abbatissa NB. & sua Aetate adhuc sub se quadraginta Domus instructissimas, & ornatissimas pro totidem Dominabus ac Monialibus Nobilibus & Canonissis; Floruit enim haec Canonissarum Congregatio circa haec tempora maxime. & ita ad verbum Bruschius L. C. V. d. Elisabetha de Busnang.

Adeste Advocati Westerholtici, & hunc locum bene mecum ponderate, qui vos, etiam nolentes, & repugnantes docere poterit; a quanto jam tempore, Canonissae Seculares seorsim vixerint, & habitarent. Perpendite verba illa: *Habuit haec Abbatissa sua aetate NB. Adhuc sub se quadraginta Domos instructissimas, & ornatissimas pro totidem Dominabus ac Monialibus Nobilibus ac Canonissis &c.* Si Elisabetha de Busnang Anno 1307. praesuerit, an non Coetanea fuit Bonifacii VIII. qui regnare coepit Anno 1294. an non illud vocabulum: *Adhuc: & sensus ille: habuit haec Abbatissa sua aetate adhuc sub se quadraginta Domos &c.* clare indicant, quo, dudum ante Elisabetham Busnang, adeoque ante tempora Papae Bonifacii VIII. quadraginta istae Domus pro totidem Canonissis extractae fuerint? usque aded verum est, quod Anno 1220. octoginta penes annis, ante C. Indemnitate, scribebat Cardinalis de Vitriaco de Canonicabus Secularibus: *In domibus propriis honorifice & splendide epulantur: nec desunt mensis earum Consanguinei & vid. num. 3. usque aded certum est, quod Canonissae jam Anno 1139. Propria sibi edificarent Receptacula, & privata Domicilia, ut habet Can. Pernitiosam XVIII. q. 2. ut mirum non sit, quod anno 1148. Concilium Rhenense II. Canonissas ad vitam communem reducere, etsi frustra, laborarent. ibi: Statuimus ut Sanctimoniales, & Mulieres, quae Canonicae vocantur, & irregulariter vivunt &c. vitam suam in melius corrigant, & emendent &c. in Claustro sint assidue permanentes. Et relictis Praebendis &c. earum necessitatibus de communi provideatur.* Discite ex hoc loco Viri boni, quam verum sit, quod Canonicae Seculares sub tempora Bonifacii VIII. vixerint, ut vivunt in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares C. Indemnitate &c. vitam scilicet singularem. Discite cur Canonissas sub id tempus expressè noluerit approbare Papa, nempe quia Communitatem deseruerant, singulatim, & saepe cum Canonicis permixtim, habitantes; ut fusiùs probatum est à num. 29. Discite ex hoc loco, quod sub tempora Bonifaciana, Quando haec Congregatio maxime floruit, jam Palatium Abbatissa, & 40. Domos instructissimas & ornatissimas Canonissae incoluerint; ut ex hoc Collegio de aliis omnibus Judicium aequum ferre, & cognoscere

Num. 83.
Canonissa
Secanicae
tempore
Bonifacii
VIII. divisa
erant in 40
Domos.

Num. 84.
Locus insignis, quo probatur ante tempora Bonifaciana, Canonissas singulatim riter videri.



cere incipiatis; quod illâ ætate communitas omnibus Canonissarum Collegiis indiscriminatim exulârit; nec antè sint dictæ Canonice *Seculares*; quam vitæ communi obnunciaverint; ut anterioribus Demonstrationibus abundè evictum est.

Advertite etiam, quod Bruschius hoc Collegium Canonissarum, jam separatim habitantium, in sua *Chronologiâ Monasteriorum*, inter *Monasteria* referre non dubitârît; quo factò exercitè refutat, & condemnat vestras inanissimas, & ineptissimas Cavillationes; quibus nomen Monasterii haud competere Collegiis Canonissarum separatim habitantium, jam in duodecimum annum ad ravim usque clamatis. Id equidem admiror multò maximè quod vos in vestro *Restrict. Jur. & fact. in 3. propos. n. 37.* hujus loci, vestræ causæ tam fatalis, vel mentionem facere ausi sitis; cum is vobis magis, quàm omnis Syrtis, & Charybdis omnibus remis & velis fugiendus fuisset. Sed quò non sæpenumero incauti delabimur! *Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt* (a) *Incidit in scyllam qui vult vitare charybdim. Et suo pte Sorex* (ut est in proverbii) *indicio perit.* Sed abundè hinc patet, quòd Collegium Secanicum sit Canonissarum seorsim habitantium.

Num. 85.
Collegium
Canonissa
Secanica-
rum no-
minatim
ad C. In-
demn. re-
fertur à P.
Wex.

Nihilo tamen fecius Collegium Secanicum, ut ut Canonissarum seorsim habitantium, ad C. *Indemnitatibus* passim refertur; nominatim à Jacobo Wex in *Ariadn. Carol. part. 4. pag. 16. n. 14. & 52.*

Num. 86.
Canonissa
Ratis-
bonen-
ses in Mo-
nasterio
Superio-
re Ober-
Münst. /
& Infe-
riore,
Nieder-
Münster /
seorsim
habitant;

Indubitatè singularitèr vivitur, & habitatur in utroque Collegio Canonissarum *Ratisbonensium*; quorum unum appellatur *Monasterium Superius*, *Ober Münster* / alterum *Monasterium Inferius* *Nieder Münster*; nam id clarissimè præter quotidianam experientiam, indicat Myræus de *Colleg. Canonic. cap. 41.* ibi: *Etsi ex Canonicabus singula suas NB. distinctas Domos &c. habeant; ita ut in uno Refectorio, & Dormitorio nec cibum capiant nec somnum.*

Num 87.
Et tamen
ad C. In-

Jam autem utrumque Collegium seu Monasterium Authores *Capiti Indemnitatibus* subdunt: Nominatim Lopez de *quindenn. q. 125.* dum dicit de Collegiis Canonissarum, *Qualia sunt in Germaniâ, Brabantia, Hannonia, Essa, Belgio, Lotharingia, Ratisbona & alibi &c.* & agi in C. *Dilecta 12. de Majorit. & Obed.* & in C. *Indemnitatibus. §. Supradicta de Elect in 6.* Wagnereck scribens in C. *Indemnitatibus* ait: *De Canonissis dicemus infra Clem. Attendentes. de Statu Monachorum. &c.* hic memor promissi, in *Exeges. V. Canonice Seculares* sic habet: *Nota in Germaniâ & Belgio esse Ecclesias Collegiatas, seu Collegia Nobilium Feminarum, Canonissarum Secularium, ut Lindavia, Buchovia, Ratisbona, Essa &c.* per quæ hic Autor Canonissas Ratisbonenses & ad C. *Indemnitatibus &c.* & ad *Clem. Attendentes*, refert.

Wagnereckium secutus Wex non uno loco Canonissas utriusque Collegii Ratisbo-

(2) *Horatius de Arte Poëtar.*

tisbonensis ad C. *Indemnitatibus* refert; nam primò postquam *part. 4. in Ariadn. Carolin. pag. 16. num. 14.* dixisset generatim de Capite *Indemnitatibus*: *Expressè etiam ad Canonissas id extendebatur. §. Supradicta*, num. 16. agit de Canonissis *Ratisbonensibus*, in *Superiore, & Inferiore Monasterio. im Ober- und Nieder-Münster* / num. 50. de Collegio *Canoniarum Essendiensium*, num. 52. de Collegio *Seccingensi* vel *Secanico* vulgò *Söckingen* ad Rhenum. num. 53. de Collegio *Andloviensi*, quæ singula abdicatâ Communitate separata habent *Canoniarum Domicilia*.

de *Indemnitatibus* referuntur, à *Lopezio, Wagnereckio, Wexio, & quidem duobus in locis.*

Secundò loc. cit. *part. 5. tract. 3. c. 2. n. 42.* de *Tamburinio* loquitur *Wex*: *Idem Tambur. deinq. 3. agit de Canonissis Secularibus quarum fit Mentio in Ss. Canonibus C. Indemnitatibus. §. Supradicta de Elect. in 6. & Clem. Attendentes de Statu Monach. Etharum Virginum Nobilium Exempla in Germaniâ v. g. Lindavia, Ratisbona, Edelstadii. Wagnereck de Statu Monach. Clem. Attendentes. Purrb. eodem titulo.* Ubi adverte primò à *Wexio* aliisque *Canonissas* utriusque Collegii *Ratisbonensis*, etsi notoriè seorsim habitantes, referri ad C. *Indemnitatibus*, ut scias frivola esse, & heri nata, apertèque falsam *Distinctionem* inter *Canonissas* *Seculares communiter*, & *seorsim* viventes; cum à temporibus *Bonifacianis*, nullæ sint *Canonissæ Seculares, communiter* viventes; cum usque adeo *Canonice Seculares*, illud ipsum nomen *Secularium* per transitum à vitâ *commun* ad *singularem* sint adeptæ; ut evicinus num. 22.

Adverte secundò, quòd *Wexius* ad C. *Indemnitatibus*, sine ullo discrimine referat, Collegia *Canonissarum, Ratisbonensium, Essendiensium, Secanarum, Andloviensium, Lindaviensium, Edelstadiensium*; cum tamen constet omnia hæc esse mixta, ut etiam patebit à num. 162. præter unicum *Lindaviense*, quod, si fides adhiberi possit *Adversariis*, in *Restrict. fact. & Jur. in 3. propos. num. 43.* est simplex; unde duo inferes, alterum, quòd purum putum figmentum sit *Adversariorum*; mixta *Canonissarum Collegia* non spectare ad C. *Indemnitatibus*; sed tantum *simplicia*: alterum, quod saltem plurima; si non pleraque omnia *Vetera Canonissarum Collegia* sint *mixta*, cum ex *Senis* illis à *Wexio* enarratis Collegiis, unum unicum sit mixtum.

Adverte tertio, cum duo *Ratisbonensia* illa *Canonissarum* seorsim habitantium Collegia, in præsentem horam vocentur *Ober- & Nieder-Münster* / & *Nieder-Münster Monasterium Superius & Inferius*; quàm fuilis, quàm calva, quàm inanis lis sit, quàm in duodecimum jam annum *Advocati Romani Westerh. de NUDA VOCE MONASTERII MOVENT*; Garrientes, ideo Collegia *Canonissarum* seorsim habitantium, non spectare ad C. *Indemnitatibus*, quod non sint, nec vocentur *Monasteria*. An non tota hæc *vilitatio, & inanis questio de nomine* in solis istis duobus *Ratisbonensibus Collegiis* planè eliditur, & enervatur? habitant in illis *Canonissæ* seorsim, ut probatum est, num. 86.

Num. 88. Ex Monasterio superiore & Inferiore, Ra-

tisbo-
 nenibus, *voeantur illa Collegia Monasteria, alterum Superius, Inferius alterum. Ergo*
ad euiden- Collegia Canonissarum seorsim habitantium possunt vocari Monasteria, quia
tiam patet, ab actu ad potentiam apud Philosophos bona est argumentatio. Deinde illa
quod Colle- Ratisbonensia Collegia, seu Monasteria Canonissarum seorsim habitantium, ab
gia Cano- Autoribus passim ad *C. Indemnitatibus* referuntur, & inde nemo haecenus illa
missarum exclusit, ut videas, ut palpes, quam ineptè, & præposterè Romani isti, Col-
seorsim ha- legia Canonissarum seorsim habitantium capiti *Indemnitatibus* subtrahant, &
bitantium, quomodo extranei hi homines de *Canonissis Germanorum* loquantur, sicut *cæci de*
vocari po- *coloribus.*
ssini & actu
vocentur
 Monaste- Indubitatè *singulariter* vivitur, & habitatur in Collegio Canonissarum *Esse,*
 ria. sive *Essendia* in Westphalia, loco à Freckenhorsteni Abbatissatu non procul
 Num 89. disfito; cum omnibus Westphalis constet, Canonissarum Essendensium Domicilia,
 Essen- per locum, qui Immanitatis vocatur, undique sparsa esse; & Abbatissam
 dienses, seu Essen- Imperii Principem, Aulam; cæteras Canonissas, & Canonicos suam quemque
 ses, Cano- Curiam incolere.
 nica seor- Et tamen ex omnibus Autoribus nemo est, qui Collegium Essendense, vel
 sim habi- titulo mixti, vel titulo separatarum habitationum, haecenus à *C. Indemnitatibus*
 tant. eximere ausus fuisset. Quin potiùs illud expressè, & nominatim capiti *Indem-*
 Et tamen *nitatibus* obstringunt, Speidelius, relatus num. 43. Lopetz, Wagnereck,
 ad C. In- *Wex;* adducti num. 85. cogita iterum, quam ergo ridenda sit fabula, quâ
 demnita- Advocati *Westerh. Collegia,* vel mixta, vel singularem vitam servantia à capite
 tibus vul- *Indemnitatibus* avellunt.
 gò referun-
 tur.
 à Speidelio, Indubitatè *singulariter* vivitur, & habitatur in Collegio Canonissarum, quod
 Lopetzio, vocatur *Monasterium Belisense,* vulgò *Münsterbilsen.* Patet, cum ex Rela-
 Wagnerec- tione missorum illuc Nuntiorum, tum ex attestato, infra sub finem lit. B. dando.
 ko, *Wexio.* Patet secundo ex eo, quod sit Collegium Seculare, ut probavimus num. 67. &
 Num. 90. Collegia *Secularia,* id nominis à singulari vitâ sint sortita, ut Demonstratum est
 Collegium, à num. 21. Nihilo tamen minus, hoc Collegium capiti *Indemnitatibus* alligat
 seu Mona- Rota & Sacra Concilii Congregatio, quæ vim legis habet. vide num. 61. & *se-*
 sterium Be- *quent.* tum autem turpiter errasset Rota, & Sacra Congregatio, dum Elsiæ Ele-
 lisense est ctionem in Collegio Belisensi nullam declarârunt ob *C. Indemnitatibus;* si,
 Canonica- ut nugantur Advocati *Westerholt. Collegia Canonissarum,* vitam singularem vi-
 rum sin- ventium, non subjaceant capiti *Indemnitatibus.* Nota hîc iterum, quod, ut
 gulariter apud Ratisbonenses duo Canonissarum singulatinâ habitantium Collegia,
 viventiû; *antonomasticè* vocantur *Monasteria,* scilicet *Monasterium Superius & Inferius;*
 Et tamen à Rota, & itâ pariter Collegium Belisense, etsi Canonissæ illic seorsim habitent, nomen
 ipsa S. Con- *Monasterii* in hanc usque horam portet; infallibili documento, quod cavil-
 cillii Con- latoriè agant Patroni *Westerholtici,* & dum Collegiis Canonissarum, vitæ
 gregatione singulari addictarum, nomen *Monasterii* detractum eunt, & dum detracto
 Capiti In- hoc
 demnita-
 tibus ad-
 dicitur.

hoc nomine, seu extimo cortice, ea capiti *Indemnitatibus* subducere inaniter laborant.

Indubitatè denique *SINGULARITER* VIVITUR, & HABITATUR in omnibus omnino Canonissarum Collegiis, quotquot Germania, quotquot Belgium, quotquot habet Lotharingia; & non poterunt Adversarii vel unum unicum adducere *Seculare* Canonissarium Collegium, in quo à temporibus Bonifacianis ad hæc usque tempora vita communis unquam obtinuerit. Quid mirum? jam dudum ante tempora Bonifacii & capitis *Indemnitatibus* inter Canonissas recessum est à *vità communi*, ut plenè evicit Demonstratio nostra prima. Quin aded hoc ipsum *Secularium* Nomen Canonissis *secularibus* non antè adhærescere cœpit, quàm ad vitam *singularem* & penè *secularem* deliluerunt, ut concludenter probatum est Demonstratione 2dâ: hinc chimæra est *Canonissa secularis*, & vitam *communem* vivens: è diverso Synonyma sunt *Canonissa secularis*, & vitam *vivens singularem*. Et certè caput *Indemnitatibus* non de aliis agit Canonissis, quàm quæ *vivunt ut Canonici seculares in secularibus Ecclesiis*; quos vivere constat *singulariter*; ut tum experientiâ, tum clarissimè Demonstratione tertiâ edocemur. Unde si quæ adhuc darentur in rerum naturâ Canonissæ, *communiter*, adeoque aliter, quàm Canonici seculares, viventes; certè ad §. penultimum capitis *Indemnitatibus* referri nequirent. Adde quòd vita *singularis* unâ cum *mixtura Canoniconum* potissima causa fuerit, non approbandi Canonissas, de quibus capite *Indemnitatibus* agitur; ut pleno meridie elucet ex Demonstratione nostrâ quintâ; hinc falsius, futilius, & ineptius argumentum Adversarii afferre non potuissent, quàm illud, quò ob *singularem vitam Canonissas Freckenhorstenses* à capite *Indemnitatibus* absolvere pugnant, cum eâdem operâ omnes omnium terrarum Canonissas *seculares* & à capite *Indemnitatibus* absolvant, exlegesque faciant, & §. penultimo capitis *Indemnitatibus* omnem omnino materiam subtrahant; nisi fortè Canonissas aliquas in Utopiâ eidem Paragrapho malint assignare; sed de his pleniore Thylaco & mensurâ à Num. 140. tractabimus. Vide etiam Num. 95.

Ob quas causas, & ob experimentalem scientiam, quam Germani, Belgæ & Lotharingi de suis *Secularibus* habent Canonissis, indubitatè *singulariter seorsimque* vivitur, & habitatur: aut saltem [si fortè desièrint] *victum & habitatum* est in Canonissarum *Secularium* sequentibus Collegiis, quæ ordine Alphabetico exhibeo; sunt autem

COLLEGIA SECULARIUM CANONISSARUM.

Andennense, Andlowiense, Asbeckense, Augustanum.

Bode-

Num 91.
à tempori-
bus Boni-
facii VIII.
hucusque
in omnibus
Canonissa-
rum Colle-
giis victum
& habita-
tum est sin-
gulariter.

Num. 92.
Probatur

Num. 93.
Sicubi Ca-
nonisse in
communio-
ne adhuc
viverent,
non specta-
rent illa ad
C. Indem-
nitatibus

Num, 94.

Collegia
 Canonica
 rum sin-
 gulariter
 vivunt
 um ordine
 alfabete-
 tico.

Bodecense, nunc *Canonicorum Regular. S. Augustini*, *Borchhorstianum*, *Borstellense*, *Buchavicum*, *Bucholdiense* utrumque; album & nigrum.
Coloniense utrumque, alterum in *Capitolo*, *S. Ursula* alterum, *Coxiense* vel *Cazense*, seu *Cazesiense*, *Cappellense*.
Diekirchianum.
Edelstadiense, *Eltinense*, *Essendiense* vel *Essense*, olim *Affendinense*.
Flasheimense, *Freckenhorstense*. *Fronenbergense*.
Gandersheimense, nunc *Aatholicum*; *Gersheimense*, *Gesekeense*, *Gevelbergense*, *Herdikense*, *Heriscense* vel *Heersense*, *Hersebrockense*, quod nunc est *Nobilium Monialium*.
Irminense, seu *S. Irminæ* apud *Treviros*, quod nunc est *Nobilium Monialium S. Benedicti*.
Kentrupiense.
Langenhorstianum, *Ledense*, *Liesbornense*, quod nunc est *Monachorum S. Benedicti*; *Lindaviense*.
Malbodiense, *Meitelenense*, *Meschedense* in *Angariâ*, nunc *Canonicorum Secularium*. *Monasterio-Belisiense*, vulgò *Münsterbilsen* / sive *Monasterium S. Amoris*, & *S. Landrada*; *Monasteriense S. Fregandi*; *Montense*.
Nidermünstrense, *Nieder-Münster* apud *Ratisbonenses*, *Nivellense*, *Nottelense*, *Novestiense*, *Nunnenholtanum*, vel *Nahenholtanum*, apud *Monasterienses*.
Obermünstrense, *Ober Münster* / seu *Monasterium superius* apud *Ratisbonenses*.
Palatiolense apud *Treviros*, nunc *Canonicorum Secularium*. *Paradisiacum*, nunc *Aatholicum*.
Quedlinburgense, nunc *Heterodoxum*. *Quernheimense*, in patriâ *Osnabrugensi*.
Rheindorffianum, *Romaricense* seu *S. Romarici* in *Lotharingiâ*, *Kelinghusanum*.
Schaldense vel *Schalense*, *Schiderense* seu *Schilschedense* prope *Bilsfeldiam*, *Sesanicum*, *Stopenbergense* prope *Essendam*, *Susterense*.
Thorense.
Vredense.
Willichianum seu *Vilecanum*, *Wittmarcense*.
Zürichianum seu *Tigurinum*, *Strawen Münster* seu *Monasterium Dominarum* appellatum.

Et hæc omnia, aliâque (quæ modò non occurrunt, & quorum alia à solis Catholicis, alia à solis A Catholicis, alia ab utrisque occupantur) habent indubitâ, vel saltem habuerunt (dum essent Collegia Canoniarum Secularium) *Canonicas seorsim habitantes*, & *singularem vitam degentes*. Ut videas, quantam rapinam *Adversarii* faciant, dum omnia hæc Collegia *Juris communis*, & *capitis Indemnitatibus* §. penult. dispositioni surripiunt, ipsûmque §. penultimum omni materiâ & objecto spoliant; nam in rerum naturâ aliæ non sunt **CANONISSÆ** **SECU-**

Num. 95.
 Quam claudum inferant Adversarii
 Iuri Canonico.

SECULARES, quàm quæ exclusâ communitate vitam vivunt singularem. Certè extremæ in hac materiâ ignorantia, & desperatæ causæ indicium est; quòd Advocati Westerholtici Electionem Freckenhorstensem non alio meliore pallio sciant palliare; quàm quòd à *singulari & discretâ* Freckenhorstensium Canoniarum habitatione emendicant.

Vel unum unicum Authorem, si Viri sunt, producant Adversarii, qui Canonissas *singulariter* viventes à §. *penult. Capituli Indemnitatibus* liberet! vel unum unicum determinent Collegium Secularium Canonissarum, ubi non vivatur, non habitetur singulariter? certè talis Author, Collegium tale erit

Rara avis in terris, nigroque simillima cygno. (a)

Et si quis Author fortè exterus eundem (quòd non credo) errorem erraret cum Romanis Advocatis Westerholt. ab integro Authorum Germanicorum, Belgicorum & Lotharingicorum exercitu, qui oculares testes sunt, erroris facilè convinci posset.

Præter Doctores à Num. 74. relatos sciebat evidenter ex oculari inspectione *Albertus Boichhorst* domesticus Monasteriensium Scriptor, Antiquarius percelebris, hoc ipsum individuale Freckenhorstense COLLEGIUM (ut cætera omnia) consistere Canonissis seorsim habitantibus, & tamen sine omni id hæsitatione expressè ad C. *Indemnitatibus* revocavit in vitâ *S. Erphonis Monasteriensium Episcopi & Freckenhorstensium Benefactoris singularissimi* pag. 91. ubi agit de voce *Sanctimonialis*. Ibi: *Argumentum hic est pro SANCTIMONIALIBUS TEUTONICÆ, quæ possunt habere propria &c. Accedit quòd SANCTIMONIALES & CANONISSÆ SECULARES in d. Cap. Indemnitatibus in fine &c. tolerentur & expressè non reprobentur. Unde etiam illud verbum SANCTIMONIALES à S. ERPHONE usurpatum, Virgines Freckenhorstenses istâ ætate fuisse verè Regulares & Professas, non evincit. Ubi duo vides. Primum, quòd Eruditissimus hic Author Virgines Freckenhorstenses, quas S. Erpho pro more istorum temporum Sanctimoniales vocârat, à Religiosis & Professis Monachabus secernat. Secundum, quòd eisdem Freckenhorstenses Virgines idem Boichhorstus Anno 1641. (quo scribebat, & quo Canonissæ Freckenhorstenses, ut nunc, singulariter habitabant) ad C. *Indemnitatibus* sine omni scrupulo relegârit.*

Sciebat evidenter, & ex oculari inspectione Bruno Neusser, quòd Canonissæ *Thorenses, Rheindorffenses, Willichiana, & Diekirchiana* seorsim habitent, & tamen de his non dubitavit dicere in *Polyanthea* disp. 145. num. 10. *Respondeo decimò VELUT CERTUM; ELECTIONES Abbatissarum debent fieri secundum formam præscriptam à Bonifacio VIII. C. Indemnitatibus &c.*

Sciebat evidenter saltem ex Cardinale Jacobo de Vitriaco (quem citat) *Thomasinus*; Canonissas Seculares communionem vivendi deseruisse, & tamen in genere de illis scribit in *veter. & nov. Eccles. disciplin part. 1. L. 3. c. 36. n. 31.*

H

(a) *Juvenalis.*

Num. 96.
Non datur in re-
rum natura
à Cano-
nica Secu-
lares, quæ
non vi-
vant sin-
gulariter.

Num. 97.
Albertus
Boichhorst
ipsum Fre-
ckenhorstense
se Collegiū
ad C. In-
demnita-
tib. refert,
non curat
vita sin-
gulari-
tate.

Num. 98.
Eò refert
Neusser Ca-
nonissas
Thorenses,
Rheindorf-
senses, &
Diekirchi-
anas, sin-
gulariter
viventes.

Num. 99.
Dl. Eò refert

Thomasi-
nus omnes
singulari-
ter viven-
tes.
N. 100.
Ne status
unicus Au-
thor asserit
Canonissas
seorsim
habitantes
non specta-
re ad C.
Indemni-
tatis.
N. 101.
Trium ce-
leberrima-
rum Uni-
versitatum
super hoc
puncto Sen-
sentia.

DILUCIDE DE HIS AGERE Bonifacium VIII. in 6. lib. 1. tit. 6. cap. 43. ubi addit: *jubet Pontifex, ut earum Abbatissa annorum sit saltem tri. inta.*

Quid plura? nullus Germanus, nullus Belga, nullus Lotharingus; Gallus nullus, Hispanus nullus, Italus nullus; denique ex reliquis Nationibus nullus inventus est hactenus, qui Canonissas singulariter viventes Capiti *Indemnitatibus* subtrahere auderet. Ausi id sunt primi & soli Advocati Romani Westesholtici, qui post ineptissimam & falsissimam exceptionem de Collegio mixto, exceptionem alteram longè ineptiorem & falsiorem de *viâ* Canonissarum Freckenhorstensis *singulari*, in hoc Justitiæ Theatrum inducere non erubuere, ut scires eos non Veritati, sed causæ suæ, sed scenæ, sed pecuniæ duntaxat fervire. *Ubi semel verecundia limites transgressu fueris, naviter oportet esse impudentem*, inquit Cicero: Quam autem fabulam illam, de Canonissarum singulariter viventium Electione Capiti *Indemnitatibus* subtrahendâ, tota explodat Germania, ex celeberrimis Germaniæ Universitatibus disce; nam Universitas *Coloniensis*, & *Trevirensis* in hoc puncto super Veritate consulta, per *Facultates* suas *Canonicas* & *Juridicas* uno ore, ut supra jam retulimus, respondit ut sequitur:

Ad Quæstionem primam: *An Canonissarum Secularium singulariter extra communitatem habitantium &c. ABBATISSA DEBEAT ESSE TRIGINTA ANNORUM?*

Respond. *Affirmative.*

Ad 2dam: *An id ita moraliter CERTUM & EVIDENS SIT, ut nemo RECTE contrarium docere, consulere vel judicare possit?*

Respond. *Affirmative.*

Vide harum Universitatum Responfa in fine hujus Opusculi.

An non pondus tot gravissimorum Authorum, an non Autoritas tot celeberrimarum Universitatum levissimum, inanissimum, & heri excogitatum figmentum Advocatorum Westesholtic. omnino obruit? elidit? exanimat? An non ipsiusmet potiùs Veritatis oracula, quam Vanespeni dicta sunt: *in 7. V. E. part. 1. tit. 33. c. 3. n. 14.* Sicut Canonici post dimissam vitam communem & arreptam singularem dicti fuisse *Seculares &c.* ita Canonice post transitum ad vitam *SINGULAREM* dici ceperunt *Canonice Seculares.* Et N. 15. *De his Canonicabus*

Secu-

Secularibus seu (en Synonyma) vitam singularem agentibus agitur Cap. 43. §. penult. de Elect. in 6. An non & per sextam hanc Demonstrationem Veritati

Victoria parca est? (a)

Ergo omnis populus poterit spectare triumphum. (b)

Equidem in hac Controversiâ, quæ ex Libro Sexto Decretalium & C. Indemnitatibus excitata est, Demonstrationum Senario (qui numerus est perfectus, ut loquitur Bonifacius VIII. in Prefat. ad Libr. 6.) acquiescendum judico.

Sed nos immensum spatium confecimus equor, (c)

Hic teneat nostras Anchora iacta Rates. (d)

- (a) Ovidius L. 13. Metamorph. v. 347. (b) Idem L. 4. Trist. Eleg. 2. dist. 10. (c) Virgil. L. 2. Georg. v. 540. (d) Ovid. Libr. 1. de Art. Am. distich. ult.

PARS SECUNDA

Diluit Objectiones Adversariorum.

ET si prima hujus Lucubratiunculæ Pars eas exhibeat Demonstrationes, quæ pleno meridie Veritatem detegant, & nativis radiis suis omnes dubiorum nebulas facile dispellant; tamen ne quid à nobis dissimulatum aut præteritum quis putet, omnes hoc loci Adversariorum Objectiones ordine examinabimus, ut contraria juxta se posita clariùs elucescant, & lux à tenebris intendatur majorémque nostræ Demonstrationes ab oppositis futilissimis Cavillationibus Auctoritatem indipiscantur. Nempe ex hac Parte illucescet, quid distens a lupinis, quid figmentis Achillea argumenta.

Nu. 102.
Quare post clarissimas Demonstrationes adhuc Objectionibus respondetur.

CAPUT I.

Explodit Exceptionem Mixti Capituli.

Miscet quadrata rotundis Adversarii, ut Caput Indemnitatibus, Electioni Freckenhorstenli tam fatale, vel elidant, vel eludant: Et primò quidem ad vulgata Brocardica de Mixto confugientes, negant Freckenhorstense Collegium ex Canonicabus & Canonicis mixtum contineri sub dispositione Capituli Indemnitatibus, quòd tantùm de Electione Mulierum agat. Primò, quia generaliter mixtum sub simplice non continetur. Secundò, quia §. ult. expressè dicitur:

Nu. 103.
Referuntur 4. Objectionibus ex Collegio mixto mendicata.

H 2

Adhuc

Adhuc licet præmissa, qua in multis à Jure communi discrepare noscuntur circa Electiones in quibuslibet s. Mulierum Monasteriis faciendis, ex certis causis rationabilibus specialiter s. duxerimus statuenda; intentionis tamen nostra nequaquam exitit, ut per illa quoad Electiones in aliis Virorum Monasteriis, vel quibusvis Ecclesiis celebrandas aliquid immutetur; sed Jura præcedentia in suâ omnino maneant firmitate. Tertio quia C. Indemnitatibus correctorium sit Capitis Cùm in cunctis s. Inferiora de Elect. vi cuius suffecerit Abbatissam attigisse vigesimum quintum annum. Quarto denique, quia Wamesius de Jur. Pontific. Consil. 20. Electionem Decani Nivellensis à dispositione Capitis Indemnitatibus titulo Capituli Mixti exceptam velit.

Ad levissimas has Objectiunculas exsufflandas & plurimæ & solidissimæ in promptu sunt Responsiones, ita ut hic merito dicere possim: Responsionum
inopem me copia fecit.

Eas equidem nunc jam, ut distinctius procedam, per diversos proponam Paragraphos.

S. PRIMUS.

Reddit Responsionem primam generalem & indirectam ad quaternas præmissas Objectiunculas.

Nu. 104.
Quatuor
Objectiun-
cula respon-
sione indi-
rectâ re-
spondentur.

SI tenent Argumenta è loco Mixti deprompta in hac materia; & si Mixtæ Canonissarum Congregationes exleges sint respectu Capitis Indemnitatibus;

Nu. 105.
Si tenet
Argumentum de
Mixto,
sequitur
errasse om-
nes A.A.

Sequitur primò, totam Antiquitatem cum omnibus Authoribus antiquis, mediis, & modernis aberrasse turpiter, quòd Collegia Canonissarum mixta (ut vidimus totâ Demonstratione quintâ) Capiti Indemnitatibus alligaverint. Errasti ergo Lucerna Juris & princeps Libri sexti Interpres Joannes Andreæ, qui toties mixta Canonissarum Collegia ad Caput Indemnitatibus revocasti! Errasti magne Geminiane! Errasti docte Zabarella! Errastis Germani omnes, Neufferi, Wagnereckii, Wexii, Leurenii, Lacroii, Speidelii, Laymanni, Pirrhingii, Wiestneri, Corvini, Pichleri, Schmalzgrüberi, Schmierii! Errastis Belgæ, Lotharingi, Galli, Itali, Hispani, & quaquâ demum de Gente Authores, Zypæi, Vanespeni, Tholosani, Thomafini, Corradi, Alphonfi, Lopezii, Viviani, Hallieri, Petrei, Lambertini, Tamburini, Pignatelli, Gonzalezii, Lotterii, Marchantii, Tonduti, Bierlingi &c. quia (ut liquet à Numero 35.) Collegia Canonissarum mixta Capiti Indemnitatibus obligastis! E diverso solus viam Veritatis tenuit Wamesius; dum ut naufragæ Decani Nivellensis Electioni succurreret, secundam ei post naufragium tabulam porrexit, Exceptionem Mixti,

recen-

recentissimè in hunc casum excogitatam. Nempe hic rem acu tetigit! hic veritatem in puteo latentem extraxit!

Hic Vir, hic est, tibi quem laudari sapius audis! (a)

Unus homo nobis fingendo restituit rem!

Sequitur secundò, quod valde extra *Iustitiæ Orbitam* recesserit *Rota Romana*; N. 106. quando (ut fusè videre est à num. 62.) Electionem factam in Collegio Seculari mixto Munsterbilsensi cassam declaravit, idè præcisè, quod Electa *Elsia* non fuerit trigeneria juxta caput *Indemnitatibus*. *Sequitur errasse Rotam, si &c.*

Nempe *Wamesio* plus (si Diis placet) quàm *Rotæ* deferendum est. *Plato instar omnium!*

Sequitur 3tiò; quod somniârint binæ Nobilissimæ totius Germaniæ Universitates, quando unanimitate voto per Facultates suas, Canonice & Juridice responderunt: *Quod Canonissarum Secularium &c. cum Canonicis Sacularibus Capitulum constituentium Abbatissa*, debeant esse triginta annorum, quodque & ita moraliter certum sit, & evidens; ut nemo rectè contrarium docere, consulere, vel judicare possit. vide num. 47. sed quid duæ illæ ut ut doctissimæ Universitates ad unum *Wamesium*? præfulget *Medius Fidius Wamesius* Doctrinâ *N. 107. Sequitur errasse tres Inclitas Universitates, si &c.*

Velut inter ignes

Luna minores. (b)

Sequitur quartò; quod & ipsa *S. Concilii* Congregatio in dictâ *Munsterbilsensi* causâ *Rotam* in errorem impulerit: dum ipsa prior declaravit Electioni factæ à Collegio *Belisiensi*, mixto utique, obstare defectum ætatis triginta annorum; nam *Rota* se refert ad declarationem *Sacræ Congregationis*, dicens num. 2. *Juxta Resolutionem aliàs per Illustrissimos Dominos S. Concilii interpretes, in hac causa factam; quantum ad Electionem Elsiæ, NB. illa non potest sustineri, cum &c. constet illam non fuisse ætatis legitime 30. annorum, qua ex dispositione d. C. Indemnitatibus &c. est necessaria in Abbatissa. vide num. 62. pergit Rota suo num. 7. quod procedit etiam in Electione Abbatissæ, qua faciendâ est à Mulieribus simul cum Masculis, ut tradit Joan. Andr. in d. C. Indemnitatibus sub num. 3. P. Canonice & Geminianus in §. supradicta. num. 4. qui dicunt prædictum textum habere locum, etiam quando Canonici Seculares simul adsunt cum Mulieribus. Ut videas in causâ *Belisiensi* actum de Collegio mixto, ex *Canonicis & Canonicis Secularibus*, ut ibi expressè additur. An non & *Sacræ Congregationis* (quæ aliàs in suis Decisionibus vim legis habet. vid. num. 63.) unicum & singularem *Wamesium* anteferre oportebit?*

Sed ut ferales has sequelas eludant, audite, quid de novo *Adversarii* confingant. Fabulantur in suo *Restrict. Facti & Jur. in 3. propos. à n. 36. duplex Mixtorum Collegiorum genus esse; unum in quibus Canonici solum Canonicibus in*

H 3

Divinis

(a) *Horatius.* (b) *Idem.*

Divinis subserviant; sed non efforment unum corpus, vel Capitulum cum illis; alterum in quibus Canonici cum Canonicabus unum conflent Capitulum, seu corpus. Primi generis Collegiis accensent *Collegium S. Waldetrudis Montense*; secundæ Classi adscribunt *Collegium Capitolinum Coloniae, Nivellense, Andloviense, Secanicum*. Primam speciem Capiti *Indemnitatibus* permittunt pro sua liberalitate: secundam mordicus capiti *Indemnitatibus* subtrahunt. Sed ô miserum! ô ineptum, & hæcenus in Germania inauditum figmentum! quod ut incidenter & per transennam num. 50. explori; ita hoc loci ex professo paulò fusiùs excutiam, diffringam, conyellam, comminuum.

N. 107. Exaguerinep-
si-sima
quædam,
& hæcenus inau-
dita distin-
ctio.
N. 110. Esse nequit
Collegium
ex Canoni-
cabus, &
Canonicis
mixtum;
nisi Cano-
nica, &
Canonici
illud con-
stituunt.

Et primò quidem dicite, amabo, Advocati Romani, quomodo Montense Collegium seu Capitulum, ex Canonicabus & Canonicis potest esse *mixtum*, nisi Montenses Canonicae, & Canonici constituent, unum *Collegium mixtum*, unum *Capitulum mixtum*, unum *Corpus mixtum*? an non omne *mixtum* essentialiter componitur ex partibus suis? si ergo Collegium vel Capitulum Montense sit *mixtum* ex Canonicabus & Canonicis, indeclinabili consequentiâ sequitur, Montense Collegium, seu Capitulum, seu Corpus, componi ex Canonicabus, & Canonicis, tanquam partibus suis, & pariter sequitur, quod Montenses Canonicae, & Canonici illud Collegium, illud Capitulum, illud Corpus *mixtum*, componant; cum impossibile sit aliquid ex partibus componi, & partes non componere. Hanc argumentandi vim si non penetratis; quæso ne hujusmodi materias tractetis;

Ne spissa risum moveant impune catervæ. (a)

Illorum scilicet catervæ, qui vel à primo limine Philosophiam salutârunt; nam hi naso suspendent adunco, Advocatum Romanum; qui ita desipiat, ut *mixtum* ponat Collegium, Capitulum, vel Corpus ex Canonicabus, & Canonicis; quin tamen concedat mixti illius partes Canonissas, vel Canonicos, totum illud *mixtum* componere; nempe

Et pueri Nasum Rhinocerotis habent (a)

Sed

Claudite nunc pueri rivos. Sat prata biberunt. (b)

De hujusmodi falsugine; ne & Germanus Advocatus videatur,

Italo perfusus aceto (c)

N. 111. Monten-
se Collegii
constitui-
tur ex Ca-
nonicis &
Canonica-
bus, & im-
men spectat
ad C. In-
demnita-
tibus.

Secundò certum est, quod in Ecclesiâ Montensi Canonici cum Canonicabus (uti in cæteris omnibus Ecclesiis mixtis) componunt unum Collegium seu Capitulum; patet id apud Myræum *L. de Canonic. ex Rubrica capitis 26.* ibi: *S. Waldetrudis Collegium Montense Canonicorum & Canonissarum in Hannoniâ.* dicitur: *Collegium* in singulari, non *Collegia*. Ergo cum sit Collegium Canonicorum & Canonissarum, evidenter constituitur ex Canonicis & Canonissis, *vid. num. no-*
strum 50.

a) *Martialis.* (b) *Virgilius.* (c) *Juvenalis.*

Tertio

Tertio probatur evidenter ex ipsis Adversariis intentum nostrum ; nam illi in *Restrict. cit. num. 36.* disertè dicunt , quod *Montibus* , in Ecclesiâ S. Mariæ , in quâ sunt Canonissæ , *S. Bruno Archi-Episcopus Colonienfis* , & *Reformator Hannonia* , aliud Collegium Canoniorum stabiliverit & infra num. 38. expressè & rectè dicunt , quod *Ratio juris non permutat* , ut in una Ecclesiâ sint duo Collegia , utique totalia & perfecta. ibi : *Tum etiam ex ipsa ratione juris* , quæ non admittit in una Ecclesiâ DUO COLLEGIA nullâ consuetudine suffragante ad tradita per *Hosniensem in c. 1. n. 1. de foro competent. Abbat. ibid. num. 18. Lotter. de Re Beneficiar. L. 1. q. 15. num. 10. & seqq. Rotam decis. 140. num. 11. part. 1. Recent.*

Unde sequitur evidenter , quod cum testibus ipsismet Adversariis , Canoniorum Collegium sit in Ecclesiâ B. Mariæ Montensi , in qua & Collegium est Canonissarum ; & in eadem Ecclesiâ , ut concedunt Adversarii , DUO COLLEGIA esse non possint , sequitur , inquam , evidenter , quod Canonici & Canonissæ Montenses constituent UNUM formaliter Collegium , totale , adequatumque , nec officit , quod dicatur in Montensi Ecclesiâ stabilitum aliud Collegium Canoniorum ; nam ipsi Adversarii ne contra sua dicta cogantur in una Ecclesiâ admittere duo COLLEGIA , scilicet totalia , & perfecta ; debent irrefragabiliter concedere , quod ex Collegio partiali Canoniorum , & Collegio partiali Canonissarum constet unum Collegium totale ; sicut ex pluribus populis particularibus v. g. Romanis , Florentinis , Neapolitanis , & cæteris , fit unus populus Italicus.

Unde explosissima est Adversariorum Distinctio Collegiorum mixtorum , in quorum aliis Canonici constituent Collegium seu Capitulum , in aliis non constituent.

*Hic populus ridet , multumque torosa juvenus
Ingeminat tremulos naso crispante cacchinnos (a)*

Quartò fabulosa illa distinctio de Collegiis mixtis , à capite *Indemnitatibus* expressè excludit Collegium *Nivellense* mixtum *Andlovviense* mixtum *Secanicum* mixtum ; cum tamen hæc ipsa Collegia nominatim ab Authoribus passim capiti *Indemnitatibus* subdantur , *Nivellense* quidem à *Zypæo* , *Vanespeno* , *Covino* , quos citavi num. 79. *Secanicum* autem & *Andlovviense* à *Wexio* v. numero 89.

N. 112.
Idem dic de
Collegio
Nivellen-
si, Secani-
co, And-
lovviensi.

MIXTUM EST ITA COLLEGIUM ESSENDIENSE ut ex Canonicabus & Canonice fiat unum Capitulum , & tam Canonici , quàm Canonice eligant *Abbatissam* patet ex *Wexio* , quem vide numero 40. ubi ita de *Abbatissâ Essendensi* loquitur : *Abbatissa illius loci liberè eligitur à Canonissis simul & Canonicis.* Et tamen hoc sic mixtum Collegium ab omnibus capiti *Indemnitatibus* subicitur.

N. 113.
Idem dic de
Collegio
Essen-
dienti.
vid.

(a) *Persius Satyrâ 3tiâ.*

vid. numerum 88. Ergo nullum est fabulosum illud Adversariorum fundamentum, quod illa mixta Collegia, in quibus Canonici cum Canonicabus constituunt unum Corpus & Capitulum, non spectent ad caput *Indemnitatus*: fundamento illi superscribo illud vulgatum:

Futiles ignaro cantetur fabula vulgo.

N. 114. *idem de Thorensi* Mixtum est Collegium Thorensis, & ita quidem ut Canonici illic cum Canonicabus constituant Capitulum. Liquet ex Myræo *de Canonic. cap. 64.* ibi: Thorensis Collegium Canonissarum, & Canonicorum. Nempe Collegium, non Collegia.

N. 115. *idem de Munsterbilsensi.* Mixtum est Collegium Munsterbilsense, & ita quidem ut Canonici cum Canonicabus efforment Capitulum, & eligant Abbatissam. Constat ex Decisione Rotali in Leodiensi Abbatissatûs, post Tamburin. 17. *de qua. vide numerum 63.* ibi: *Quod procedit etiam in Electione Abbatissa, qua facienda est à Mulieribus simul cum Masculis, ut tradit Joann. Andr. &c. & Geminianus &c. qui dicunt prædictum textum, scilicet capitis Indemnitatus, etiam habere locum, quando Canonici Seculares simul adsunt cum Mulieribus.* Unde liquet in Electione Munsterbeliensis Canonicos cum Canonissis in Eligendo concurrisse. Et *vide numero 64.* quomodo Sacra Congregatio Concilii vocet Abbatissatum Beliensis, Abbatissatum *Ecclesia Collegiata utriusque Sexûs loci Munsterbilsensis.* Si autem sit Collegiata utriusque Sexûs, utique uterque Sexus illam Collegiatam constituit. Jam autem in causâ Munsterbilsensi, & Rota, & S. Congregatio, Collegium Munsterbilsense referunt ad caput *Indemnitatus.* *vide num. 62.* ibi: *Juxta Resolutionem aliâs per Illustrissimos Dominos Sacri Concilii interpretes in hac causa factam, quantum ad Electionem Elsia (in illo Monasterio Beliensis mixto Collegio peractam) Illa non potest sustineri, cum &c. constet illam non fuisse ætatis legitima 30. annorum, qua ex dispositione d. C. Indemnitatus, non obstante quacunque consuetudine &c. est necessaria in Abbatissa.* Corruit itaque exceptio Adversariorum, dum ipsius fundamentum: quasi verò illa Collegia, quæ ex Canonicabus & Canonicis efformantur ad C. *Indemnitatus* non pertineant, S. Congregationis & Rotæ Rom. Decreto, ceu fulmine est concussum. Corruit inquam,

Ut collapsa ruunt subductis recta columnis.

N. 116. *idem de omnibus omnino Collegiis mixtis.* Denique omnia Collegia Canonissarum mixta, constituuntur ex Canonicabus, & Canonicis ut ad oculum demonstratum num. 109. sed omnia mixta comprehenduntur dispositione C. *Indemnitatus*, ut totâ Demonstratione strâ evictum est. Ergo Collegia, quæ constituuntur & efformantur ex Canonicis, & Canonicabus, comprehenduntur dispositione capitis *Indemnitatus.* Et hoc consequens expressissimè docent bine Famossimæ totius Germaniæ Universitates per utramque Facultatem suam Juridicam, & Canonicam, quarum responsa ad calcem hujus operis, plenè refero. Ubi.

Ubi vides, quòd Universitas Colonienſis & Trevitenſis ad Quæſtionem primam: *An Canoniffarum Secularium ſingulariter extra communitatem habitantium & NB. CUM CANONICIS SECULARIBUS CAPITULUM CONSTITUENTIUM ABBATISSA debeat eſſe tringinta Annorum juxta C. Indemnitatibus 43. §. Supradicta. de Election. in 6. ?*

Nu. 117.
Quod ex-
preſe do-
cent dua
illuſtriſſima
Univerſi-
tates.

Reſpond. *Affirmativè.*

Ad 2dam: *An id ita moraliter CERTUM & EVIDENS SIT, ut nemo RECTE contrarium docere, conſulere vel judicare poſſit ?*

Reſpond. *Affirmativè.*

Quid autem figmenta Patronorum malæ cauſæ ad tam celebrium Univerſitatum Oracula, de rebus in Germaniâ nouiſſimis lata: quæ extenſa vide ad calcem hujus Lucubrationis.

Et hoc Conſequens expreſſiſſimè docet Belga doctiſſimus Zypæus *Libr. 3. Nu. 118. Et Zypæus.* *Conſult. Canoniar. de Regular. Conſult. 7. de Canoniff. Secular.* dum Num. 1. ſcribit: *Collega etiam utriuſque ſexûs Præbendas poſſident, & Num. 2. addit: Abbatiffa, quæ Collegii caput eſt &c. ſolenni modo ex Juris diſpoſitione, ſicut alia veri Nominis Abbatiffæ eligi debet. cap. Indemnitatibus §. penult. de Election. in 6.* nam *Collega utriuſque ſexûs* dici nequeunt, niſi uterque ſexuſ Collegium unum conſtituat. Nec Abbatiffa talium Collegiarum utriuſque ſexûs *Caput* appellari poſſet, niſi Collegæ utriuſque ſexûs eſſent *Membra*, unumque corpus conſtituerent. Ergo Authore doctiſſimo hoc Belgâ Collegia mixta, in quibus Canonici & Canonice unum corpus, unum collegium efformant, ſpectant ad caput *Indemnitatibus*. Apagite ergo cum veſtrâ fingendi libidine Advocati Romani, & fateamini tot argumentis conſtricti, tot Authoritatibus preſſi, quòd ad omnia mixta Collegia ſe caput *Indemnitatibus* porrigat.

Et hoc Conſequens apertiſſimè docet clariſſimus Muſſipontanæ Univerſitatis in Lotharingiâ quondam Profeſſor Georgiuſ Tholoſanus ſuprà Num. 57. ibi: *de Canoniciſ utriuſque ſexûſ Secularibuſ &c. Cap. Indemnitatibuſ de Elect. in 6.* ſubintellige, *agitur*. Si autem Caput *Indemnitatibuſ* agat de Canoniciſ utriuſque ſexûſ, utrumque ſexum ſimul & collegialiter ſumptum ad Cap. *Indemnitatibuſ* referre oportebit. *Sola enim Canoniffæ non ſunt Canonici utriuſque ſexûſ.* Quid clariùſ? an necdum pudet figmenti ſui Advocatoſ Romanos!

Nu. 119.
Et Geor-
giuſ Tho-
loſanuſ.

Nu. 120.
Et Pyrrhus
Corradus,

Et hoc Consequens apertissimè docet Practicæ Romanæ Dux Pyrrhus Corradus supra Num. 54. nam cum dixisset: ET IN PLURIBUS LOCIS ALEMANNIÆ, UBI SUNT CANONICI & CANONISSÆ (nempe in omnibus Collegiis mixtis) FACIENTES UNUM CAPITULUM, subjungit: voluisse DD, Abbreviatores in literis ad earum Abbatissas dirigendis, quod deberet poni clausula: per hoc non intendit Papa approbare statum illarum per text. C. Indemnitatibus. Ergo Corradus & Abbreviatores Romani non dubitarunt Canonicos & Canonissas, facientes unum Capitulum, spectare ad caput Indemnitatibus. Sed quantum

Nu. 121.
Et impli-
citè saltem
omnes om-
nino Au-
thores.

Sententia hæc Prætoris Romanæ Ducis Pyrrhi Corradi & DD, Abbreviatorum distat à Fabellâ Romanorum Advocatorum? quæ (cum omnes Authores à sanâ Philosophiâ instructi judicent omnia mixta Collegia, ex Mixti partibus, scilicet ex Canonicis & Canonicabus constare) omnibus Doctoribus & sanæ Philosophiæ è diametro repugnat.

Hanc igitur ex Mixto heri eliquatam, eatenus inauditam, antiquis Rotæ Decisionibus, Sacræ Congregationis Oraculis, binarum famosissimarum Universitatum Responso, universalique omnium AA. Sententiæ omnino contrariam fabelam, quoties in posterum cantari contigerit,

Ridete quidquid cachinnorum domi est. (a)

Interim tamen hujusmodi ineptiis Advocati Romani (quâ conscientiam ipsi viderint) clarissimam Veritatem obnubilare, Judicibus Romanis fucum facere, & de victâ Veritate triumphare quærunt.

O curas hominum! ô quantum est in rebus inane! (b)

Nu. 122.
Rota in-
eptiis Ad-
versario-
rum cir-
cumventa,

Interim tamen hujusmodi ineptiis id effecerunt Advocati Romani, ut Justitia in duodecimum protelata sit annuum: imò ut Rota à rectè aliâ, & in hac ipsa causâ Decisis recesserit, & Freckenhorstensem Electionem, ætate legitimâ defectam, in summum Provisæ Apostolicæ præjudicium suo calculo approbârit.

Rectè cepit judicare Rota in duabus primis Decisionibus; sed vani Adversariorum obices eam à viâ rectâ detorserunt, idque Adversariorum Offucius factum; sed quidquid id est, macte animo Provisæ Apostolica:

Habet & Fortuna regressum. (c)

Et tandem bona causa triumphat. (d)

§. SE-

(a) *Plautus.* (b) *Perfius Satyr. i. vers. 1.* (c) *Horat. de Art. Poëtica. v. 3.* (d) *Ovid.* (e) *Lucanus.*

§. SECUNDUS.

Pro secunda indirectâ Responsione affert insigne Attestatum è Belgio.

SI mixta Canonissarum Secularium Collegia non pertineant ad caput Indemnitate, errarunt totius Belgii Austriaci Magistratus, tam Civiles, quam Ecclesiastici, qui in Canonissis Secularibus ætatem triginta annorum semper requisiverunt: & ab immemoriali tempore (etsi aliquoties se obtulerit occasio, minoris ætatis Domicellas admittendi) nullam intra triginta annos ad Abbatissatum talem admiserunt, ut patet ex Authentico Testimonio, quod Perillustris Dominus J. B. de Heems in Concilio Statûs ad Regimen Belgii Austriaci, Sacra Casarea & Catholica Majestati à Secretis, nuper, scilicet 22dâ Decembris Anno 1732. Bruxellis dedit; quòdque in formâ probante Romæ exhibebitur; nam is ad propositos sibi Articulos sequentes:

1. An in Brabantia & finitimis Provinciis dentur Collegia Canonissarum Secularium, in quibus Canonissa separatim habitent, & cum Canonicis unum Capitulum faciant? & quomodo illa Canonissarum Collegia vocentur?
2. An Canonissarum & Canonicorum talium Abbatissa, ut eligi possint, secundum Caput Indemnitate §. penult. de Elect. in 6. debeant indubitate esse triginta Annorum?
3. An unquam auditum, talium Collegiorum Abbatissas infra annum ætatis tricesimum absque Indulto Pontificio eligibilitatis esse electas?

Respondit idiomate gallico in sequentem sensum:

In Belgio quinque dantur talia Collegia, scilicet in Ducatu Brabantie unum dictum NIVELLEENSE, vulgò Nivelles. In Comitatu Hannonia duo dantur, unum MONTIBUS, vulgò Mons; ibi Imperator & Comes Hannonia est Abbas perpetuus.

Alterum est MALBODII vulgò Maubeuge, quod à plurimis annis est sub ditione Gallicâ.

In Comitatu Namurcensi etiam duo dantur: Unum ANDENNENSE, vulgò Andennes: alterum MONASTERIENSE, vulgò Monstriens.

Imperator ut Dux Brabantia, Comes Hannonia & Namurci, nominat Abbatissas jure Indulti Pontificii & jure Patronatûs Laici.

Illas SEMPER habuisse ætatem triginta annorum, & plurimum, constat ex Catalogis hic annexis sub litt. A. B. C.

Constat etiam, tam CONCILIUM STATUS, quam Deputatos ad colligan-

Nu. 123. Belgii praxi & mens circa ætatem Abbatissarum.

Nu. 124. Belge semper in Abbatissa Canonissarum requisiverunt 30. annos.

Nu. 125. In Belgio Austriaco sunt quinque Canonissarum Collegia:

Nu. 526. Imperator nominat Abbatissas Belgicas.

Nu. 127. da Constat ex

Catalogis, da Suffragia SEMPER consuluisse TALEM (scilicet triginta annorum) semper in Belgio Abbatissas, *ÆTATEM EXIGI* ex Compendiis hic annexis, litterâ D. E. F. G. Ex illis etiam videndum est, nullum NB. exemplum contrarium ab immemoriali saltem tri-

tempore, lit. A. Catalogus Abbatissarum Secularium Perillustris Capituli S. Gertrudis Nivelis in Brabantia, & compositi ex 35. Domicellis Canonissis Secularibus, qua habitant separatim, & ex 30. Canonis pariformiter separatim habitantibus: qui unâ con-

stituunt dictum Capitulum. & Electio Abbatissa moderna de Anno 1725. & Domicella Carolina de Berlaimont est nominata Abbatissa in etate 51. An-

norum. & Electio de Anno 1706. & Domicella Maria Francisca de Berghes est nominata Abbatissa in etate 40. Annorum.

Et sic pergit Perillustris hic Secretarius litterâ A. reliquas Nivelleses Abbatissas unâ cum Anno Electionis, & Anno ætatis earundem recensere.

Eodem modo litterâ B, pertexit Catalogum Præpositarum Andennensium, & litterâ C. Abbatissarum Monasteriensium; ex quibus Catalogis ad oculum patet in toto Belgio nullam admissam Abbatissam, quæ non saltem esset trigenaria, singulis autem Catalogis ita subscribitur:

Ego infrascriptus Secretarius Concilii Status ad Regimen Belgii Austriaci Sacra Casarea & Catholica Majestatis declaro, quod suprascriptus Catalogus sit conformis Documentis Originalibus, qua dictum Concilium Status desuper Gubernatoribus generalibus fecit: in quorum fidem hæc subscripsi, & Sacra Casarea & Catholica Majestatis Sigillo, quo in Actibus officium meum concernentibus utor, communi. Actum Bruxellis vigesima secunda Mensis Decembris Anno 1732.

(L. S.)

J. B. de HEEMS.

Post Catalogos quæ Abbatissarum, quæ Præpositarum Belgicarum, Heemsius sequentes subjicit Extractus lit. D. E. F. G.

Lit. D.

Nu. 130. Extractus Relationis, quam Concilium Status fecit Gubernatori Generali Provinciarum Belgicarum Marchioni de Caracena super Electione ejusdam Domine Præposita Secularis Perillustris Capituli Canonissarum Ecclesia Collegiata S. Begge, & NOS presentâsemus ad dictam Præposituram Domicellam Annam Francis-

ciscam de Haverech, Canonissam dicti Capituli Andennensis, oriundam ex Civitate Namurcensi, dummodo ipsius junior Aetas, nempe 29. annorum non obstisset; quâ ponderatâ presentamus ad hanc Præposituram Annam Mechtildem de Elderen Decanissam dicti Capituli Andennensis.

Adeste! adeste huc Advocati Romani, & advertite! quòd totum Concilium Statûs in Belgio pro Abbatissâ Gubernatori non audeat Domicellam undetricennem ob defectum ætatis & quidem in Collegio mixto (quale esse Andennense constat ex Num. 153.) item in Collegio Canonissarum separatim habitantium, ut habitant omnes Canonissæ Seculares, viventes sicut vivunt in Ecclesiis Secularibus Canonici Seculares C. Indemnitatibus §. penult. de Elect. in 6. adeoque habitantes ut Canonici separatim. Revideatur Demonstratio 1. 2. 3. Cogitate hîc, quantum Sententia hujus Sapientissimi Concilii de domesticis certè melius, quam vos de rebus extraneis, judicare præsumendi, distet à vestris Nugamentis, quæ de Collegio seorsim habitantium Canonissarum per Rotam spargere non erubuitis. Si Domicella 29. annorum ob juniorem ætatem ad Abbatissatum aspirare non audeat, judice toto Concilio Statûs Belgico, an Puella vix 27. annorum ad talem spartam admitti poterit?

Sed ad Heemsum redeamus.

Pergit ille lit. E.

Extractus Relationis, quam Episcopus Namurcensis Engelbertus de Bois, & Præsides Concilii Namurcensis, Joannes Baptista Polchet fecerunt Gubernatori harum Provinciarum Belgicarum Don Francisco de Melo super Electione cujusdam Dominae Præpositæ Secularis Perillustris Capituli Canonissarum Ecclesia Collegiatæ S. Begga sive Andennensis 16tâ Novembris 1643.

Quo ad alias: illæ reportarunt quoque aliquot vota; sed in minori numero; exceptâ Domicellâ Robertinâ de Merode, dictâ de Jehan; quæ accepit quinque secundas & quinque tertias; quemadmodum autem illa adhuc dum satis est juvenis, hinc illam inter quatuor supra memoratas non collocabimus &c. &c.

En iterum in Collegio Andennensi Mixto, & ubi separatim habitatur, aliqua ob defectum ætatis, et si tot votis munita, à spe Abbatissatûs ab Episcopo Namurcensi, & Namurcensis Concilii Præsidente, Viris utique expertissimis, excluditur.

At si Advocatos Romanos Westerholt. audiamus, nulla certa ætas à Jure in hujusmodi Collegiis Mixtis, maxime si illic distinctè habitetur, est requisita. Electio in Collegiis Mixtis est casus in Jure omissus. Caput Indemnitatibus est correctorium Juris, & hinc minimè extendendum ad Collegia Mixta. At (quod Partis adversæ Dictum est, quàm objectivè falsum, tam entitativè insulsum) nobiles Puellæ simul atque mingere, & Abbatissæ fieri possunt. Quo ergo Jure, Illustrissime Episcopo Namurcensis, quo Clarissime Præsidents bonam Merodiam,

ideo ab Abbatissatu excluditur, quòd sit undetricenaria. Nu. 131. Etsi Andennense Collegium sit mixtum & Canonisse separatim habitent. Nu. 132. An ergo Puella vix 27. annorum ad Abbatissatum aspiraret?

Nu. 133. Ibidem alia ob ætatem excluditur ab Abbatissatu.

Nu. 134.
Illiberalis
jocus Ad-
versario-
rum super
aetate Ab-
batissa.

tot votis electam, vel ex Albo illarum, quæ pro Abbatissatu Gubernatori Belgii præsentari ex more debebant, omnino proscribitis? Est cur Merodia dicam Vobis impingat, & Jus suum in altioribus Tribunalibus propugnet, Romæ Mecastor, si Advocatis Westerholticis utatur, indubiè triumphatura.

Sed non curat Episcopus, non Præses vel nœnias Advocatorum Westerholtic. vel Partis adversæ illiberales jocos, non audiunt mundiores Belgæ deprompta ex *locis Mixti* vel *Mixti* sat fordida argumenta; sed hic

Sacer est pueri locus: extra

Mejete (a)

Extractus Relationis (pergit lit. F. Dominus de Heems) quam Episcopus Namurcensis, Ferdinandus Comes de Berlo, & Præses Concilii Namurcensis Westpin dederunt Marchioni de Betmar Gubernatori Generali Belgicarum Provinciarum in absentia Sua Serenitatis Electoralis Bavara; super Electione Dominae Abbatissa Secularis Perillustris Capituli Canonissarum Monasteriensis, secundâ Septembris 1702.

Nu. 135.
Domicella
27. annor-
um, nisi
potioribus
votis fulsa
Tricenaria
in Abba-
tiali Digni-
tate post-
habetur.

Et licet Domicella Joana Ludovica Florentia de Glymes Brabantina, de Sancto Martino, habuerit quinque primaria (suffragia comprehensis illis cujusdam Officialis & tribus secundis, quæ apparenter tantum & plus considerari deberent, quam dua prima, quatuor secunda, & sex tertia, quæ habuit Domicella Agnes Isabella de Glymes, pariter Brabantina, de Faletze; Nos nihilominus censuimus dictam Domicellam de Faletze, utpote 30. annorum, nominari & præferri debere Domicella de Sancto Martino, quæ 27. annos tantum habet. &c. &c.

Ehodum Advocati Romani! hîc ego vos non *Nasum* cum Catullo; sed *aves* fieri opto; ut rectè audiatis verba illa: *UTPOTE TRIGINTA ANNORUM*, & illa: *QUÆ 27. ANNOS* (totidem scilicet, quot Vestra Westerholtia tempore Electionis numerabat) *tantum habet*. En quàm sanctè servant Belgæ Leges Romanas seu Pontificias de 30. annorum ætate Abbatissis præscriptas! quàm parum illas curavit Rotalis novissima Decisio, vestris artibus eò abducta, ut contra expressum textum *Capitis Indemnitatibus* Electionem approbârît Personæ tricessimum annum haud dum assecutæ. An eadem & hominum, & Legum fata sunt; ut ambo alibi, ubilibet magis, quàm in patria sua observentur colanturque? nec juvat hîc veterem vestram cantilenam de Collegio mixto ceu privilegiato mihi occinere; nam sicut

Citharædus

Ridetur, chordâ qui semper oberrat eâdem. (b)

Sic ego explodo toties repetitam de Mixto Exceptionem vestram, eamque retindo præsentè Exemplo, quo Belgarum Doctissimi, Episcopus & Præses totius Concilii Statûs, ad Abbatissatum Collegii Monasteriensis (quod Mixtum est, vid. Num.

155.

(a) *Persius satyrâ 1. vers. 125.* (b) *Horatius de Arte Poët.*

155.) Domicellam viginti septem annorum, et si multis suffragiis fultam, nequidem presentandam Gubernatori censuerunt. Ex verbis autem illis: *UTPOTE TRIGINTA ANNORUM*: patet evidenter, quod sagacissimi Belgæ in Secularium Abbatissarum Electione & Nominatione ad *Caput Indemnitatibus* tanquam ad Cynosuram respiciant. Quò si etiam respexissent Freckenhorstenses, Electio in Brevia & fyrtes haud incidisset.

Extractus Relationis (pergit Heemsius lit. G.) quam Episcopus Namurcensis Engelbertus de Bois, & Praeses Concilii Provinciae Namurcensis Polchet, fecerunt suae SERENITATI Ferdinando Cardinali, Infanti Hispaniae, Gubernatori Generali Belgicarum Provinciarum super Electione D. Abbatissa Secularis & Perillustris Capituli Monasteriensis Canonissarum 7mâ Novembr. 1641.

Quo ad alias Canonissas; illae etiam reportarunt quadam Vota, sed in minori numero, exceptâ Domicellâ Joannâ Doyenbrügge de Duras, dicta de Loyoe, quae habuit duas secundas, & quatuor tertias. Verùm cum illa ultra 26. annos non habeat (quae aetas insufficientis est pro Abbatissatu obtinendo) Nos illam collocabimus inter ceteras &c. &c.

State hîc iterum (per ego vos Jovem Statorem oro) Advocati Romani, & edicite mihi, quid sibi velint verba illa: *Quae aetas insufficientis est pro Abbatissatu obtinendo?* An non hîc iteratò Belgicum Statûs Concilium ad *Caput Indemnitatibus*, tanquam ad lydiûm lapidem recurrit?

Cæterum omni Extractui hîc relato singularim laudatus Heemsius hâc formulâ subscripsit:

Conformis dicto Documento Originali, reposito in meo Officio, in cujus fidem has subscripsi, & Sigillum secretum Sacrae Caesareae & Catholicae Majestatis, quo in functionibus meis utor, appressi Bruxellis 22dâ Decembr. 1732.

[L. S.]

J. B. de Heems.

Videat hîc Orbis, & miretur, quàm sanctè & Religiosè totum Belgium omnes omnium Collegiorum Electiones ad normam *Cap. Indemnitatibus* exegerit; dum ex *Catalogis* Abbatissarum ad oculum patet ab immemoriali tempore nullam unicam ad Abbatissatum in Belgio admissam, quae annum trigessimum non explisset, dum etiam ex *Extractibus* liquet complurimas, etsi 27. imò 28. annorum, & cæterâ maximè idoneæ essent, sólo deficientis ætatis legitimæ titulo ab Abbatissatibus repulsas esse. Sciat porrò Orbis, omnia totius Belgii Collegia, in quibus Canonissæ degunt, nempe Andennense, Malbodiense, Monasteriense, Montense, Nivellense (ut constabit à Num. 152.) mixta esse. An non ergo Praxis totius

N. 137.
Canonica
26. anno-
rum ob de-
fectum
ætatis Ab-
batissatu
arctetur.

Nu. 138.
Belgium
sacro sanctè
C. Indem-
nitatibus
observat.

Nu. 139.
Omnia Bel-
gica Cano-
nissarum

Collegia
sunt mixta

totius Belgii tam uniformis, tam diuturna; misellam, novellam, & invitâ Minervâ editam, Advocatorum Romanorum Exceptiunculam de Collegiis *Mixtis*, omnino enervat? explodit? exsufflat?

S. TERTIUS.

Propinat alias indirectas Responsiones.

Nu. 140.
Ex Doctri-
na Adver-
sariorum
sequitur.
Præstans-
sima que-
que Cano-
nissarum
Collegia
contra
communē
Auctorum
sententiam
non subja-
cere Capiti
Indem-
nitatibus

SI Mixta Canonissarum Collegia non cadant sub caput *Indemnitatibus*, quòd Mixta sint casus in Jure ommissus, & caput *Indemnitatibus*, utpote correctorium Juris non sit ad Mixta extendendum, sequitur primò, quòd pleraque omnia Secularium Canonissarum Collegia, quæ tempore Bonifacii VIII. extiterunt, saltem maximè insignia, illustrissima, & splendidissima, v. g. *Andennense, Borgborstanum, Coloniense in Capitolio, & ad S. Ursulam, Diekirchianum, Edelstadiense, Eltinese, Essendense, Freckenhorstanum, Herisense, Malbodienese, Monasterio-Belisiense, Monasteriense S. Fregandi, Montense, Niedermünstrense* apud Ratisbonenses, *Nivellense, Novesiense, Obermünstrense* apud Ratisbonenses, *Romaricense* apud Lotharingos, *Susterense, Thorense, Vredense, Willichianum &c. &c.* contra omnium AA. de illis agentium sententiam à Capite *Indemnitatibus* sint exempta; quia pleraque omnia Canonissarum Secularium Collegia, quæ tempore Bonifaciano aderant, mixta fuere. Vid. Num. 150. maximè insignia & præcipua. Vid. Num. 174. Nam *simplicia* plurimam partem post tempora Bonifacii, à tempestate turpissimi Lutheri, aurigante vel hæresi, vel liberioris vitæ ambitione, è Monachorum claustris, in qualiacunque Canonissarum Collegia emerferunt; ut docemus exemplis à Num. 169.

Nu. 141.
Sequitur
2dò, in
principali-
bus etiam
Collegiis
eligi posse
Puellas
quantilla-
cunque
ætatis.

Sequitur 2dò; quòd in omnibus illis Collegiis mixtis (*principalibus* sæpe, certè insignibus) sinè ullo ætatis respectu, juvenulæ maximè juvenes, eligi Abbatissæ queant; nam si illis non obstet *Caput Indemnitatibus*, nullum obstabit Jus. Non *Caput eum in cunctis §. inferiora de Elect.* quia si illud revera comprehendat Abbatissas, non porriget se ad Abbatissas Collegiorum mixtorum, utpote *Correctorium Canonis juvenulas. XX. q. 1.* requirentis Abbatissam sexagenariam: nec etiam obstabit ipse Canon *Juvenulas*, mox citatus; quia extra dubium jamdudum contrariâ consuetudine inumbratus est. Ergo nullum obstabit Jus. Plaudite ergo Septennes, Octennes, Novennes Virgunculæ, Canonissalis statûs Tyrunculæ, Nobiles Pupulæ! viam Vobis ad Abbatissales Dignitates, ad Imperii Principatus munierunt Romani Advocati, pro doctrinâ hac suâ lautissimo certè Minervali dignissimi! Ite nunc Domicellulæ, vix infantiam egressæ, & per qualem qualem Electionem, ad Andennensem, Andlowiensem, Eltinesem, Essendensem, Malbodiensem, Monasteriensem S. Fregandi, Montensem, Nieder-Münstrensem Nivel-

Collegiorū
mixtorum

Nivellensem, Ober-Münstrensem, Secanicum, & Thorensem Abbatissatum & Principatum grassamini; sunt Romæ Advocati, qui hujusmodi Electionibus colorem valoris sciant allinere; sed ad hæc Monstra Vos, qui sapitis,

Risum teneatis Amici.

Sequitur tertio, quod toties errarit Rota, injusteque egerit, quoties factas à Maribus & Feminis vel super Abbatissatu, vel super aliis Dignitatibus masculinis aut femininis Electiones, vel circa ætatem, vel circa alias qualitates requisitas dijudicavit juxta Caput *Indemnitatibus*, vel juxta alia Jura; quia tales Electiones, utpote casus mixti, de quibus Jura expressè non agunt, sunt (ut dogmatizant Advocati Westerh.) casus in Jure omitti, adeoque exleges.

Sequitur quarto, quod toties Cancellaria, Dataria, & Secretaria Romana turpiter errarit & injuste egerit, quoties ob defectum 30. annorum, non absque magnis impensis seu juribus dispensavit in ætate Abbatissæ; & quoties in aliis defectibus vel Virorum vel Feminarum dispensationis gratiam impertiit, circa Collegia mixta, quia tales casus utpote mixti ex Magisterio Romanorum Advocatorum in Jure pro omittis habentur, adeoque non indigebant Dispensatione; hinc quidquid pecuniarum pro hujusmodi Dispensationibus ex Germaniâ Romam missitatum sæpenumero est, stultè in Tybrim est effusum.

Sequitur 5to, quod omnes Ordines Regulares mixti in suis Electionibus, aliisque actibus non sint subjecti Dispositioni Concilii Tridentini sess. 20. cap. 6. de Reform. requirenti in Abbatissâ ætatem *quadragesima annorum*; sed nec aliis Juribus; quia tales Electiones &c. in Collegiis mixtis sunt casus mixti in jure omitti; & TRIDENTINUM hoc loco, utpote correctorium Capituli *Indemnitatibus*, non extenditur ad Ordines mixtos; quia Jura correctoria se non extendunt ad casus mixtos. Ergo his Magistris, salvo Tridentino, salvo toto Jure Canonico (quorum neutrum, ut garrunt Defensores Westerholtici, casum mixtum tangit) poterit & Ordo S. Brigittæ Suevicæ, quia mixtus ex Maribus & Feminis teste Zypro Consult. Canon. L. 3. de Regularibus Consult. 17. n. 21. Et Ordo Fontis Ebraldi, qui mixtus est teste Pellizario in Manual. Regular. tract. 3. cap. 3. n. 3. Et totus Ordo Garmelitarum mixtus Abbatissam eligere, Puellam 20. imò 12. annorum, imò quamcunque plenâ ratione pollentem. Quæ portenta! ad quæ sanè totum corpus Juris, si non horrore, saltem risu concutitur.

Nec dicas juxta Tridentinum sess. 25. cap. 15. *In quacunque Religione tam Virorum, quam Mulierum Professio non fiat ante decimum sextum annum completum*; jam autem in Abbatissam eligi non possunt, quæ non sunt Professæ; adeoque in Abbatissas in Religionibus mixtis eligi non poterunt Personæ duodennes &c. nam facillimè, & cum Adversariis quodammodo è Tripode.

Respondeo, Tridentinum loc. cit. non agit de Religione *Mixtâ*, sed tantum de simplice Virorum vel Mulierum; & hinc, utpote correctorium Veteris Juris, se

K

non

Abbatissatus simili- que Princi- patus Ca- tholici.

Nu. 142. Sequitur 3to, errasse Rotam.

Nu. 143. Sequitur 4to, errasse Cancellariam, Datariamque Romanam.

Nu. 144. Sequitur 5to, omnes Ordines penè exleges esse.

Nu. 145. Recensentur Ordines mixti.

Nu. 146. Obiectio ex Tridentino refellitur.

non effundit ad Religiones mixtas ; proinde Religiones mixtæ nulli Juri positivo communi sunt obnoxia ex divinis (si Diis placet) Adversariorum principiis.

Nu. 147.
Sequitur
6to. nulla
Beneficia
Ecclesiastica, spe-
ctantia ad
Provisionem
Collegiorum
mixtorum
esse reser-
vata.

Sequitur sextò, quòd nullæ Dignitates Ecclesiasticæ, V.G. Præposituræ, Decanatus, Scholastiæ Virorum, nulla Beneficia Ecclesiastica in alternis mensibus vacantia, si pertineant ad Collationem, Electionem, vel Provisionem Capituli Mixti, aut juxta Regulas Cancellariæ, aut juxta Concordata Germaniæ, sint Reservata, quia juxta Aphorismos Adversariorum nec Regulæ Cancellariæ, nec Concordata Germaniæ agunt de hujusmodi casibus mixtis, in Jure omissis; maxime cum & Regulæ Cancellariæ, & Concordata correctoria sint Juris Veteris, vi cujus Ordinarii pro omni mense de Beneficiis providebant : & ipsæ Reservationes indubitatè sint correctoriæ Juris, adeoque non extendendæ. Triumphate itaque Collegia & Capitula mixta tam Canonissarum, quàm Monialium, omnibusque gaudiis incedite ; quia juxta doctrinam Partis Adversæ durum Reservationum jugum à Beneficiis ad Collationem, Electionem, Præsentationem, vel quamvis aliam Dispositionem vestram pertinentibus, amoliri potestis. Quare quoquo in posterum mense hujusmodi Dignitates vel Beneficia vacaverint, ea liberrimè conferte, quidquid in contrarium machinentur Provisi Apostolici ; sunt enim Advocati Westerholt. qui mirabili quâdam Chemicâ ex Mixtis eas vobis extrahent Medicinas, quibus omnes persanctis Juris nullitates. His Ducibus in campum si proceditis, spe victoriam devorare potestis ; Sed nolim equidem me victoriæ hujus vobis præstare Vadem, non ignarus, hujusmodi doctrinas, etsi pronò ut ajunt alveo, ex principiis Adversariorum fluant, merissimas tamen esse ineptias &, ut Plautus ait, *Perfolas Nugas.* (a)

Nu. 148.
Sequitur
ultimò,
omnes Or-
dines &
Collegia, si
mixta sint,
omnia penè
Jura elu-
dere posse.

Sequitur denique omnes Religiones mixtas, omnia Collegia & Capitula mixta, in infinitis penè casibus (in omnibus scilicet, in quibus Jura de Mixto nil expriment) à Legibus positivis immunia esse ; adeoque ab his totum Corpus Juris, omnia Concilia, maxime Tridentinum, omnes Constitutiones Apostolicas facile eludi posse unico hoc Scuto (quod Heptabocco Ajacis clypeo impenetrabilius erit) nimirum quòd Casus mixtus ex Oraculo Advocatorum Westerholticorum in Jure pro omissis habeatur ; quas absurdissimas absurditates si Patroni Westerholtici æquo stomacho decoquere possint, næ illi stomachum habent quàm Struthio-Camelus fortiolem. Sed quid ad hæc Curia Romana ? dicit illud Lactantii 12. de Origin. Errorum cap. 6. *Indicium est argumenti ex falso petiti, ex quo ineptus & absurdus exitus resultat.*

§. QUAR-

(a) Plautus in Curcul. 4. 37.

§. QUARTUS.

Reddit Responsum directum & rationes, cur Ratio Mixti non obstet Capiti Indemnitatibus §. penult.

NEgo, & pernego Brocardica, quæ de Mixto Adversarii contra Cap. *Indemnitatibus §. penultimum* obtrudunt, in hac materiâ vel per ullam Veri speciem locum habere. Patet id non tantum ex unanimi omnium Authorum, Sacræ Rotæ in causâ Münsterbilfensi, duarum principum totius Germaniæ Universitatum Coloniensis & Trevirensis, totius Belgii, & ipsius Sacræ Congregationis consensu, (quem à Num. 103. per tres Paragraphos hactenus proposuimus) sed idem etiam ex plurimis intrinsecis Rationibus [quas articulatim hinc deducam] fit manifestissimum.

Nu. 149.
Rationem
Mixti non
obstare Ca-
piti In-
demnita-
tibus pa-
tet ex una-
nimi Au-
thorum,
Rota, dua-
rum Uni-
versitatū
& S. Con-
gregationis
Sententia.

§. 4ti ARTICULUS PRIMUS.

Exponit Rationem intrinsecam primam, cur Mixta Canonissarum Collegia spectent ad Caput Indemnitatibus.

Ratio prima est; quia pleraque omnia Canonissarum Collegia, maximè primaria (quorum sanè in condendis Legibus potior ratio habenda) tempore Bonifacii VIII. sub finem Seculi tertii decimi Mixta erant, adeoque pleræque omnes Electiones Abbatissarum in Collegiis Canonissarum fiebant à Feminis & Maribus; rarò autem, vel fortè nullæ fiebant à solis Feminis; & hinc Capitis *Indemnitatibus §. penultimus* potiùs Electiones Collegiorum mixtorum, quàm simplicium respexit. Nam ad ea potiùs debet aptari Jus, quæ & frequenter, & facile, quàm qua perrarè eveniunt. L. Nam ad ea §. ff. de Legib. Et Jura constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his quæ ut plurimum accidunt. L. Jura 3. ff. eod. tit.

Nu. 150.
Pleraque
omnia Ca-
nonissarum
Collegia
sunt mixta
Jura at-
tendunt ad
ea, quæ ut-
plurimum
eveniunt.

Pleraque autem omnia Canonissarum Collegia, seu Monasteria tempore Bonifacii fuisse mixta, extra dubium est: *Ut plurimum*, ait Lambertinus de Jure Patron. part. 1. L. 2. q. 7. att. 6. n. 3. *istæ Canonica Seculares habitant permixtim.* Licèt istæ sint Canonica (verba Pirrhi Corradi L. 1. c. 5. num. 140. fideliter admittior) non tamen sunt probata &c. **NAMQUE PLURIMUM HABITANT PERMIXTIM** & n. 143. pluribus locis ejusdem Alemannia, ubi sunt Canonici & Canonissa Seculares facientes unum Capitulum.

Pleraque
Collegia
Canonissa-
rum mixta
esse testan-
tur Lam-
bertinus &
Col-
Corradus.

Pluribus superioris inferiorisque Germaniæ locis talia Collegia sunt fundata, &

- Et Zypæus.* Collega etiam utriusque sexûs Præbendas possident, Zypæus L. 3. Consult. Canonic. de Regular. Consult. 17. n. 1. imò plerique Authorum, dum de Collegiis Canonissarum actitant, ità de illis generaliter scribunt, ac si omnia essent mixta, & sola mixta spectarent ad C. *Indemnitatibus* §. penult. Qui modus scribendi à vero abluderet, nisi saltem pleraque & digniora Canonissarum Collegia essent mixta, & ità à potiore, & digniore desumeretur denominatio juxta L. *Quidquid* 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. L. *Queritur* 10. ff. de statu homin. L. 1. in pr. ubi G & DD. ff. de Verb. obligat. Ipsos audiamus Authores; nam
- Gratiùs ex ipso fonte bibuntur aquæ. (a)
- Inter hos sunt Cardinalis Jacobus de Vitriaco.* In partibus Hannonia & Brabantia, & in quibusdam Teutonicorum & Alemannorum Provinciis (scribebat anno 1220. ferè 80. annis ante Caput *Indemnitatibus* Cardinalis Jacobus de Vitriaco in Histor. Occident. c. 13.) sunt Mulieres, quas *Canonicas Seculares* seu *Domicellas* appellant &c. & sunt autem in iisdem Ecclesiis pariter *Canonici Seculares*. An non ex verbis his arguas in omnibus Canonissarum Ecclesiis pariter *Canonicos* esse?
- Hallier.* Quod itaque (inquit Hallier n. 28.) *Canonica ista, quæ Seculares vocantur, Viris admixta &c. minimè laudo.* An non dictum hoc putes de omnibus Canonissis Secularibus?
- Vanespen.* Habebant *Presbyteros* (Vanespenum J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. n. 20. audis) qui *Canonicabus Sacra ministrabant, eaque exequerentur, quæ Ordo Ecclesiasticus Sexui femineo non permittit.* Hi primitus etiam ex communibus *Monasteriis bonis* alebantur. At dum *Canonice ad vitam singularem transiêre, etiam ipsi Presbyteri sensim in Canonicos Seculares transiêrunt.* Hi *Canonici, ait Miræus in Notis ad Regulam Canonissarum, in Sanctimonialium canonicè viventium Templis Missarum Solemnia celebrabant.* An non omnia Canonissarum Tempa suos Ministros habuerunt? habuerunt utique omnia; & hinc omnia NB. quæ ab origine prima fuerunt Collegia Canonissarum mixta sunt *Simplicia*, primitus claustra Nonnarum fuerunt. Illas (loquitur Vivianus in Rational. Jur. Pontif. L. 1. tit. 6. pag. 118. & 119. de Canonissis) *approbare non conveniebat, cum Monasteria non debeant esse duplicia.* Ex causali illâ: CUM, an non concludas omnia Canonissarum Collegia fuisse *duplicia, seu mixta*; cum nulla Canonissarum Collegia sint approbata? reminiscere hîc Principiorum Dialecticorum.
- Alphonsus Soto.* Quid de *Monasterio* (quærit Alphonsus Soto de Reg. Cancell. 2. num. 6.) ubi sunt *Femina & Viri permisti*; de quo in Cap. *Indemnitatibus* §. *Supradicta per Doctores de Elect. in 6.* & licet de jure non deberent esse talia *Monasteria.* En Author hic non tantùm Collegia Canonissarum mixta ad C. *Indemnitatibus* refert; sed ea unicè referre eò, & omnia Canonissarum Collegia pro mixtis videtur habere.
- Tholosanus* & De Canonissis utriusque sexûs *Secularibus* (scribit Tholosan. in Syntagm. special. totius Juris Eccles. L. 2. tit. 9. c. 5. n. 6. in Notis lit. K. in C. *Indemnitatibus* de

(a) Ovid.

de Elect. in 6. subintellige *agitur*. Dubites, an hic aliqui Authores alias Canonissas
 Seculares, quàm Mixtas agnoverint, alias ad Caput *Indemnitat.* retulerint. Quid-
 quid tamen id est, ex his saltem fit, pleraque, si non absolutè omnia, Cano-
 carum Collegia mixta esse, id quod etiam inductione de Collegiis, quæ tempore
 Bonifaciano extitère, clarissimè evincitur; nam si de Collegiis totius Belgii Au-
 striaci quæris, omnia nullo excepto sunt *mixta*. Sunt autem hæc quinque: *Anden-* N. 152.
nense, Malbodiense, Monasteriense, Montense, & Nivellense, vide N. 125. Mixtum *Mixta*
 est *Andennense*. Audi Myræum de Canonic. cap. 19. circa annum Christi, ait, *sunt omnia*
 673. &c. S. Begga, Soror S. Gertrudis Nivellensis &c. Monasterium seu Colle- *Collegia*
 gium *Andennense* haud procul à Mosa fluvio fundavit. Est autem *Andana*, seu N. 153.
Andenna Pagus insignis, in Comitatu & Diocesi Namurcensi &c. in quâ septem Mixtum
Basilica, seu Sacella per S. Beggam excitata, hodièque visuntur: in primariâ autem est Anden-
Basilica residet & insigne Nobilium Virginum Canoniarum (quæ triginta sunt nense.
 numero) Collegium, quibus Canonici decem subserviunt in Divinis Officiis.

Mixtum est *Malbodiense*: disce id à Myræo l. c. c. 49. ibi: & *Malbodiense* Nu. 154.
 Collegium *Canonicorum & Canonissarum in Hannoniâ.* *Malbodi-*
 ense.

Mixtum est *Monasteriense*: docet id idem Myræus l. c. cap. 17. ibi: S. Fre- Nu. 155.
 gandi Collegium *Monasteriense Canonicorum & Canonissarum.* *Monaste-*
 riense.

Mixtum est *Montense*: testor Guicciardinum, qui in *Descriptione Belgii pag.*
 455. de Canonicabus hujus Collegii loquens subjungit: *addidit Diva Gualtrudis*
 & *Canonicos aliquot.* Testor Myræum, qui loc. cit. cap. 26. ait: S. *Waltrudis*
Collegium Montense Canonicorum & Canonissarum. N. 156.
Montense.

Mixtum est *Nivellense*, patet ex propriâ confessione Partis adversæ in *Restrictu* N. 157.
Facti & Jur. in tertiâ Propos. num. 37. & nostro Num. 49. 51. & 129. Item ex *Nivellense.*
 Philippo Bonanni in *Catalog. Ordin. Relig. part. 2. n. 33. Wamesio consult. 20.*
 in princ. & per totum. Zypæo L. 3. *Jur. Pontif. Nov. num. 6. & Libr. 3. con-*
 sult. *Canon. de Regular. consult. 7. n. 1. Vanespen in 7. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2.*
 Guicciardino in *Description. Belgii à pag. 252.*

Ergo omnia omninò in toto Belgio Canonissarum Secularium Collegia sunt
 mixta. Et (cum Belgica hæc Collegia passim Authores Capiti *Indemnitatibus*
 subjiçant, ut videre est Num, 49. 50. 51. 53. 78. 79. 80. 109. 112. eadèmq
 immemorialis totius Belgii Praxis constanter Capiti *Indemnitatibus* vindicet) &
 inquam, erit aliquis tam impudens, qui ea titulo *Mixti* in posterum Capiti *Indem-*
nitatibus surripere audeat? sed è Belgio ad Germanica Canonissarum Collegia
 transeamus.

Mixtum est *Andlovviense*. Appello Bruschium in Chronologiâ Monasterio- N. 158.
 rum V. Andlow. Ibi: *Andlov &c. S. Fabiano & S. Felicitati sacrum Cano-* *Andlovvi-*
nissarum celebri loco natarum opulentum Collegium &c. ac pro 12. Canonissis toti- *ense.*
dèmq Canonici liberalissimè dotatum est anno Christi 880. vel ut alii 888. à S.
Richarde Scotorum Regis filiâ. Mix-

- Nu. 159. *Mixtum est Borghorstanum*; nôrunt enim Monasterienses, in quorum id Dice-
est Borghor- celi sedet, ex pluribus Domicellabus & tribus Canonicis esse compositum.
stanum. Mixtum est *Capitolinum* Coloniae, sive S. Mariae in Capitolio. Testibus Ad-
 Nu. 160. *versariis in Restrict. Facti & Juris in 3tia Propos. n. 37.* Ibi: *de Coloniensi testatur*
Capitoli- *dictus P. Philippus Bonanni in Catalog. Ordin. Relig. part. 2. n. 33. Rota in Co-*
num. *loniensi. Canon. catús 21. Januar. 1729. coram R. P. D. Calcignano.*
- Nu. 161. *Mixtum est Diekirchianum*, cum pluribus Canonicabus & tribus constet Ca-
Diekirchi- nonicis.
anum & Mixtum est *Eltinense*, Principali fulgens Dignitate, situmque prope Embri-
Eltinense. cam. De Mixtura testis est experientia.
- Nu. 162. *Mixtum est Essendiense*: præter experientiam testatur id *Wex in Ariadne Ca-*
Essendiense *rol. part. 4. decad. 1. cas. 11. §. 6. n. 3.* Ibi: *Abbatissa ejus loci liberè eligitur à*
Canonissis simul & Canonicis. Et num. 50. *Dedicata erat ea Ecclesia in favorem*
quingenta Illustrium & Generosarum Personarum ex augustâ Ducum & Comi-
tum stirpe natarum, & viginti Canonicorum. Lopetz. de quindenn. q. 125. dum
 tractat quaestionem, an in Collegiis mixtis Canonissarum debeantur quindennia?
 subdit: *Eadem Collegia reperiri in Germaniâ &c. Brabantia, Belgio, Hannonia,*
Lotharingia, Esse, Ratisbona & alibi.
- Nu. 163. *Mixtum est Freckenhorstense*, ut non tantum concedunt Adversarii, mixtura
Frecken- illius tanquam Achilleo, ut ipsi somniant, telo utentes; sed id ipsum una cum
horstense. experientia docet Bolandus celeberrimus ille Hagiographus in vita S. Thiatildæ,
 primæ Freckenhorstensis Abbatissæ, in *Adden. ad 31. Januar. pag. 1156. n. 15.*
 ibi: *Sunt autem Canonica præter Abbatissam XIV. septeni Canonici una cum*
Decano.
- Nu. 164. *Mixtum est Herisense*, ex Abbatissâ, Præpositâ, Decanâ, Cantrice, Custode
Herisense, plurimisque Domicellabus & duobus Canonicis constans teste experientia.
Monasterio Mixtum est *Monasterio-Belisiense* (Münsterbilsen) patet ex Num. 64.
Belisiense, Mixtum est *Nieder-Münstrense* seu *Monasterium inferius* apud Ratisbonenses.
Nieder- Lopetz supra cit. num. 162.
Münstrense Mixtum est *Novestense* teste experientia.
Novestense, Mixtum est *Ober-Münstrense*, *Monasterium superius* apud Ratisbonenses. Lo-
Ober-Mun- petz loc. cit.
strense, Mixtum est *Süsterense*. Audi Myræum in Diplom. Belgic. Libr. cap. 48. ibi:
Süsterense. *SWESTRIS, vulgò Süsteren, Oppidum Ducatus Juliacensis & Diœcesis Leodi-*
ensis, in quo est Canonicorum, itémque Nobilium Virginum Canonicarum Colle-
gium, à S. Willebrordo Archi-Episcopo Ultrajectino fundatum, ut in Codice pia-
rum Donation. docui.
- Nu. 165. *Mixtum est Secanicum vel Seccingense, vulgò Seckingen / Bruschius in Chro-*
Secanicum, *nologiâ Monasterior. pag. 530. V. Secanis.* Ibi: *Seccingense Cœnobium inchoa-*
rum &c. octo Canonissis & quatuor Canonicis fundatum. Mix-

Mixtum est *Thorense*. Crede Myræo loc. cit. cap. 64. Ibi: *Thorense Collegium Canonissarum & Canoniorum*. Et infra: *Est illud hodie Nobilissimarum Virginum Canonissarum Illustre ac potens Collegium &c.* Quibus quidem Virginibus in sacris Muneribus obeundis subserviunt sex Canonici Seculares. Et in Diplomate Belgic. lib. 1. c. 24. in tit. *Hilsundis Comitissa Strigensis, Ansfridi Comitis Hujensis, post Episcopi Ultrajectini Uxor, fundat ac dotat anno 992. Cœnobium Thorense, quod est Illustre Nobilium Virginum Canonissarum Collegium ad Mosam fluvium, in Diœcesi Leodiensi.* Et in Notation. *Fratres & Sorores de Thorne Canonicos & Canonissas Thorenses intellige; est enim eo in loco duplex Collegium ab Hilsunde fundatum.* Et Guicciardinus in *Descriptione Belgii pag. 507. Antistita &c. non in Ecclesiasticis tantum, sed & in Civilibus causis jurisdictionem exercet &c. ita quidem ut splendide prorsus & magnifice vivat, Sacellanos atque Canonicos, item alios minorum Gentium Administratos ad cultum divinum alat.*

Nu. 166.
Mixtum
est Thoren-
se.

Mixtum est *Vredense*, teste experientiâ, in quo impræsentiarum Scholasticum agit celebris ab editis Libris Nunningius.

Mixtum est *Ursulanum*, seu *S. Ursula apud Colonienses*. Myræus lib. de Canon. cap. 1. ibi: *Templum hoc &c. Hermannus XXIII. Coloniensis Episcopus complevit &c. Idem pro sex Nobilibus Virginibus Canonissis (quæ ad minimum Comitissa esse debent) dotem constituit, & quinque fundavit Canonicos.*

Nu. 167.
Mixta
sunt Vre-
dense.
Ursulanum
& Willis-
chianum,
seu Villeca-
num.

Mixtum est *Willichianum* seu *Vilecanum* prope Bonnam, teste experientiâ, ut taceam de aliis Canoniorum Collegiis, de quibus Mixturæ licet probabiles conjecturas, omnimodam tamen certitudinem non habeo.

Unde patet, quod pleraque omnia Canonissarum Collegia (quæ tempore Bonifacii floruerunt) mixta fuerint. Certè Adversarii ex tot Canonissarum Collegiis pro simplicibus tantum quinque adducere audent in *Restrict. facti & juris in 3. propos. n. 42. & 43.* scilicet *Augustanum, Buchavicum, Coxiense, Lindavicum, Tigurinum.* Et tamen nullum horum simplex esse debite probant. Nam simplicitatem Bucovici seu Buchavici nullatenus probant illa verba: *Abarilidi subrogata est communibus omnium Canonissarum suffragiis Domina Hildegardis;* nam evidens est, quod verba illa non excludant vota Canoniorum, cum salvâ illorum veritate etiam Canonici sua dare potuerint, vel fortè aliqui Canonici vel omnes dissenserint. Nec ideo simplicia præcisè sunt Augustanum, Coxiense, Lindavicum, Tigurinum; quod vocentur simpliciter Collegia Canonissarum, quia Num. 202. & 209. patebit, omnia omnino mixta passim simpliciter Collegia Canonissarum, nimirum à potiori & digniore parte denominari.

Nu. 168.
Adversarii
tantum
allegant
quinque
simplicia
Collegia,
simplicitatem
tamen
non pro-
bant.

Sed finge tantisper, quia illa Collegia reapse temporibus Bonifacii simplicia fuisse; an vero tamen simile est, Jura, quæ de Canonissis agunt, de pauculis illis agere, reliquis tanto numero Collegiis insuper habitis & extra Pontificis curam positis; contra expressa Jura Num. 150. allegata?

Dixi

- Nu. 169. *Simplicia Canonissarum Collegia circa tempora Lutheri, diu post Bonifacium, plurimam partem ex Nonnarum claustris facta sunt.* Dixi autem pleraque omnia Canonissarum Secularium Collegia, quæ NB. tempore Bonifaciano floruerunt, in Mixtis habenda; nam simplicia, quæ nunc alicubi offendas, plurimam partem diu post Bonifacium VIII. ancillante vel hæresi, vel liberioris vitæ cupiditate; sub tempora infelicis Lutheri, tristi Metamorphosi, ex veris Monacharum claustris, excusso votorum jugo & effractis clausuræ repagulis in Canonissarum Secularium transiisse Capitula, si singulorum Annales eolveris, facillè inuenies. Nec mirum, quòd hæc, quos alere non possunt, careant Canonicis; cum ipsa ut plurimum sint *de paupere regno*. Quantæ non Monachæ, veræque Nonnæ in solâ Diocæsi Osnabrugensi post fatalia Lutheri tempora in Canonissarum Secularium nomen & liberio rem vitam involârunt? in *Synodis Osnabrugensibus Synod. 15.* sic legitur: COLLEGIATÆ ECCLESIÆ VIRGINUM SECULARIUM: *Abbatissa & Collegium S. Mariæ in Quernheim, olim Ordinis S. Augustini Canonissarum Regularium. Abbatissa B. M. Virginis in Borstel, olim Ordinis Cisterciensis. Abbatissa B. M. Virginis in Leden, olim Ordinis Cisterciensis. Abbatissa B. M. V. in Scholde, vel Schalten, olim Ordinis Cisterciensis.*
- Nu. 170. *In patria Osnabrugensi in Canonissas transformata sunt professa Moniales. Quernheimenses, Borsteldenses, Scholdenses, Ledenses.* Quantæ non Monachæ veræque Nonnæ per diu post Seculum 13tium in solâ Marchiâ, Patriæ Monasteriensi contiguâ & conterminâ, Canonissarum Secularium se Choro non tantum cum Religiosæ vitæ, sed etiam cum Religionis Catholicæ detrimento intulerunt!
- Horda prope Tremoniam S. Claræ Monasterium à Conrado Marcano Comite ejusque Coniuge anno 1340. diu post tempora Bonifacii constructum erat. Teschenmacher pag. 222. Simplex nunc Hordæ Canonissarum Collegium est sine Virorum, non tamen sine Hæresis commixtione; nam istic A Catholicæ cum Catholicis unum corpus constituunt,*
- Ut turpiter atrum*
- Nu. 171. *In patria Marcana & Ravensbergi ex Nonnis in Canonissas, etiâ hæreticas abierunt. Hordenses, Frundenbergenses, Kentorphienses, Gervelsbergenses.* *Definat in piscem, Mulier formosa supernè. (a)* Quid mirum, Hordense Canonissarum Collegium non fuisse mixtum tempore Bonifacii, cum tum necdum ortum fuerit!
- Frundenbergia ab Origine primâ Ordinis Cisterciensis, Nobiles aluit Vestales. Ægidius Gelenius in Staurologia, & qui eum sequitur Teschenmacher pag. 222. impræsentiarum Hæresis Frundenbergiæ Canonissas Heterodoxas sociavit Orthodoxis, ut jungit*
- Humano capiti cervicem pictor equinam. (b)*
- In simplici hoc Collegio Bonifaciana tempora nec Canonicos, nec videre Canonissas.
- Kentorphii Eberhardus Comes Marcanus anno 1290. proximè scilicet ante Pontificatum Bonifacii non Canonissas, sed Cistercienses fundavit Moniales. Teschenmacher pag. 223. Everhardi Posteritas Luthero prius, post Calvino addictior,*

(a) *Horat. de Arte Poëtic. v. 3. (b) Idem ibid. v. 1.*

dictior, Moniales Kentorphianas, pariter Moniales Gevelsbergenfes & Herdikenfes & Schilschedenfes in Canoniffas etiam hæreticas minùs Canonicè reformavit.

*Damnosa quid non imminuit dies!
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosorem. (a)*

Sed Bonifacius VIII. ut non Canonicos *Horde, Frundenbergia, Kentorphit, Gevelsberga, Herdika, & Schilscheda*, ita nec Canoniffas ad calcem Seculi decimi tertii invenit.

Quantæ in patriâ Monasterienfi & alibi post Bonifacium Moniales, seu Nonnæ in Canoniffas degenerârunt; nam quæ nunc Canoniffarum Collegia nuncupantur, strictè dicta Monachorum Monasteria fuerunt: *Asbeckense, Buchholdiense, Album & Nigrum, Capellense, Flasheimense, Gesekeense, Langenborstanum, Meutelense, Nortelense, Nunnenholtanum, Wittenmarsense &c.* Nec mirum, hæc Collegia simplicia esse. Scilicet non tam proclive & facile illis erat, pro Canonicis novas acquirere fundationes, quàm vetus vitæ Religiosæ jugum excutere. Relicta in his Monasteriis professæ paupertatis vestigia inde Canonicos absterrebant.

Sed quid de Illustrissimis Canoniffarum Collegiis *Gandersheimensi, Hervordensi & Quedlinburgensi* dicam; quæ licet Principatûs insigniis sint decorata, turpiter pro dolor à Sacris Romanis ex integro defecerunt. Ea nunc simplicia esse nullus dubito, cum quod nec in Collegiatis Ecclesiis Canonicos ferat Sectariorum mos, tum etiam, quod in Collegiis his, etsi olim (dum avita vigeret Religio) florentissimis, res ita sint accisæ, ut ultra Pseudo-Canoniffas alendis Canonicis nequam sufficiant. Quod de Hervordienfi patentius liquet; cui certè ab amplexu Hæresis multum splendoris & opulentis defluxit. Nempe

*Dii multa neglecti dederunt
Hesperia mala luctuosa. (b)*

Sed ut hæc sint, quanquam ex dictis videas, pluscula esse Canoniffarum & Pseudo-Canoniffarum simplicia hæc tempestate Collegia; inconcussam tamen firmumque stat, pleræque omnia tempore Bonifaciano sub exitum Seculi decimi tertii mixta fuisse. Ut meritò anno 1220. ante tempora Bonifaciana generatim, & indistinctè de omnibus dixerit Cardinalis Jacobus de Vitriaco in Historiâ Occident. cap. 13. *In partibus Hannoniæ, & Brabantie, & in quibusdam Teutonicorum & Alemannorum Provinciis sunt (ut ipse Legatione Apostolicâ per has terras functus coram inspexerat) Mulieres, quas Canonicas Seculares, seu Domicellas appellant &c. &c. sunt autem in iisdem Ecclesiis pariter Canonici Seculares*

(a) Horat. E. 3. Ode 6. in fine. (b) Idem ibid. v. 2.

Herdikenses, Schilschedenfes.

Nu. 172.
In Patriâ
Monasterienfi & in
vicinia ex
Monialibus
Religiosis,
in Canoniffas
Seculares, post
tempora
Bonifacii,
defluxerunt
Asbeckenses &c.
Nu. 173.
Circa Aca-
tholica Ca-
noniffarum
Capitula
Ganders-
heimense,
Hervor-
dienne, &
Quedlin-
burgense,
modo sine
simplicia.

culares &c. &c. qui sanè loquendi modus in Doctissimo Cardinale haud valuisse, nisi in plerisque saltem Canonicarum Ecclesiis Canonici concurrissent. *vid. n. 3.* Si autem in plerisque Ecclesiis Canonicabus sociati fuerint Canonici, quis credat Prudentissimum Papam Bonifacium simplicium pauculorum Collegiorum curam gessisse, neglexisse mixta, in quibus potiora erant, & longè majora, ob ipsam mixturam, timenda pericula.

Nu. 174. *Mixta Canonissarum Collegia numero, & dignitate simplicibus præstant.* Adde, quod mixta Collegia non numero solùm, sed dignitate, sed splendore, sed opulentia inter paucula, si quæ extiterint tum Collegia simplicia, jam tempore Bonifacii tantùm præstiterint.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi. (a)

Nu. 175. *Mixti Collegii Andlovvionensis Abbatisa.* Mixtum est Collegium Andlowiense. Sed quam magnificentum! quam Augustum! audi de hoc Bruschiu in *Chronologia Monasterior. V. Andlovv.* ibi: *S. Fabiano & S. Felicitati Sacrum Canonissarum celebri loco natarum opulentum Collegium, ad Montana Vogasi situm fundatum, ac pro 12. Canonicis liberalissimè Dotatum est Anno 880. aut ut alii volunt 888. à S. Richarde*

Scotorum Regis Filiâ, Caroli Crassi Romanorum Imperatoris Coniuge. Plura quæris hujus Celeberrimi Parthenonis insignia Privilegia? inter Principes Imperii Feminas haud ultima sedet, Abbatisa Andlowiensis. Audi Georgium à Merzenfeld in Jure Public. dissertat. 5. sect. 4. §. 7. num. 13. ibi: Principes Abbatisa sunt. Prima Abbatisa Essensis &c. &c. Quarta Abbatisa Andlovvionensis. Abbatisa hac sita est in Inferiore Alsatiâ. Audi etiam Jacobum Imhoffium in Notitia Sacr. Rom. German. Imperii libr. 3. cap. 22. n. 9. ibi: id cæterum singulare habet Abbatisa Andlovvionensis, quod nullam ad ferenda Imperii onera Symbolam confert &c. solet nihilominus ad Comitata vocari, & per Legatum comparere, ut ex Imperii recessibus liquet. In Nobilitatem Andlovvionensium Abbatisarum inquiris? Richardæ Imperatricis Neptem Hudrudem scias huic Augusto Collegio tertiam; quartam autem Abbatisam ejusdem Imperatricis aliam Neptem Dominam Charitatem præfuisse. Præfuit Collegio Andlovvionensi sexta, Mechtildis Imperatoris Conradi secundi, Germana Soror. Ut refert Bruschiu loc. cit. qui Florentissimæ huic Abbatiæ nomen COENOBII & Collegii pro tempore Bonifaciano indit. ibi: Decima Domina Hedvivia præfuit Anno Domini 1227. &c. hic iterum hiatus est, & aliqua hujus NB. SIVE COENOBII SIVE COLLEGIII Gubernatrices desiderantur. Undecima Domina Mechtildis Abbatisa, præfuit Anno Domini 1309. Adverte, quod hic Bruschiu Parthenonem Andlowiensem ab Anno 1227. ad Annum 1309. promiscuè vocet Cænobium & Collegium: aliqua hujus sive Cænobii, sive Collegii Gubernatrices: & cogita; quam ineptiant Advocati Romani Welsterh. dum jam in duodecimum annum Litæ de de puro puro MONASTERII nomine movent, quasi verò Collegium Freckenhorstense

Abbatisa Andlovvionensis Nobilissima.

Temporibus Bonifacii promiscuè Cænobium, & Collegium Andlovvia.

(a) *Virg. Eclog. 1.*

horstense sit exlex, quod Monasterii ei nomen non competat: an non

Hac est de lanâ quæstio capra tua?

Mixtum est Collegium Essendientse. Sed quod ei ex simplicibus totius Marchiæ, totius Diœcesis Monasteriensis, totius Diœcesis Osnabrugensis, totius Archi-Diœcesis Colonienfis, Trevirensis, & Moguntinæ vel comparare audebis. Cedant simplicia Essendienti.

Nu. 176.
Mixti Col-
legii Essen-
dientis
Lau.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliva:

Puniceis humilis quantum salianca Rosetis. (2)

Inter Principes S. Romani Imperii Feminas, locum Principem tenet Abbatissa Essendientis, seu Essensis. Crede Mertzenfeldio L. c. ibi: *Principes Abbatissa sunt: prima Abbatissa Essensis &c.* Laudes Collegii Essendientis ab oculato teste Jacobo Wex audire juvet: *Valde viget, inquit ille in Ariadn. Carolin. part. 4. decad. 1. casu 11. n. 50. à me, non ita pridem, oculis inspectum NOBILISSIMUM, & ANTIQUISSIMUM COLLEGIUM Canonissarum Essendientense, vicinum Diœcesi Monasteriensis. & infra Abbatissa Essendientis, est verè S. R. I. Princeps, & gaudet loco in Comitibus Imperialibus, & in Circulo Westphalia quietè, & sinè ullâ contradictione. Jam Anno Christi 871. à B. Alfrido IV. Episcopo Hildesienfi, fundata, consecrata & dicata erat ea Ecclesia, in favorem quinquaginta Illustrium, & Generosarum Personarum, ex Augustâ Ducum & Comitum Stirpe natarum, & viginti Canonicorum & ibidem num. 3. Abbatissa ejus loci liberè eligitur à Canonissis, simul & Canonicis &c. Electione peractâ petitur Confirmatio à Sede Apostolica, & Curia Romana. Locus est exemptus ab Ordinarii cujuscunque visitatione (etsi situ sit in Provincia Colonienfi) subiectus Sedi Apostolica. Et electa Abbatissa circa administrationem rerum temporalium non requirit consensum Ordinarii; sed autoritate propriâ, juxta sua Regalia in politicis, collectis, & criminalibus, suum Territorium (quod est nullius ut ajunt) gubernat. Abbatissa liberè confert Pastoratus. At in Canonicatibus, quoad Clerum, alternat cum Sede Apostolicâ. Quoad Canonissas ipsa sola confert, Concionatores quoque constituit, Confessarium eligit pro libitu, Religiosum aut Ecclesiasticum. Et cum Ordinarius in antedicto loco, tanquam nullius Diœcesis, non agnoscat; propterea is nec actum potestatis exercere, nec præensionem habere potest.*

Abbatia
Essensis pri-
ma est Im-
perii Prin-
cept.

Habet sub
se 50. Ca-
nonissas, &
& 20. Ca-
nonicos.

Ab utris-
que eligi-
tur.

Habet pro-
prium Ter-
ritorium,
& exercet
Regalia.

Habet Ju-
risdictio-
nem quasi
Episcopa-
lem.

Mixtum est Collegium Canonissarum Malbodiense, at quam lautum, & opulentum!

Malbodiense Collegium Canonicorum, & Canonissarum in Hannoniâ, inquit Myraus L. de Canonic. cap. 29. in Rubrica; qui in contextu ita pergit: S. Aldegundis in pago Haynoensi, ex Regali Francorum Prosapia originem traxit &c. postmodum ad Sambram Malbodium Monasterium construxit, & Turbam San-

Nu. 177.
Mixti Col-
legii Mal-
bodiensis
Lau.

tarum

L 2

(2) Virgilius Eclogâ stâ. v. 16. & 17.

clarum Virginum congregavit; quibus pradia sua, possessionesque tribuit, quas habebat in Pagis, Territoriis: Haynoensi, Laumensi, Sueffionensi, Landu-
Divitia, nensi, Ostrebanto, Brachbrante, Riboariensi, & aliis. Ecce unius Collegii
 fortunas, seu Facultates nec septem Territoria omnes complectuntur. In
 statum Reliquum Collegii Malbodiensis inquiris? invenies illum apud Guicciar-
 dinum in *Descript. Belgii* pag. 469. ubi de Malbodio agens, ita pergit: habet
 etiam illud Oppidum unum è **NOBILISSIMIS ILLIS CANONICARUM**
COLLEGIIS, qualia nempe Montense illud, & Nivellense, supra nobis descri-
Jurisdictio pta. Malbodiense hoc institutum fuit à Diva Aldegunde, qua & Celebre illud
Civilis, & Templum condidit, cui ab ipsa postea factum est Nomen. Est autem & penes istas Ca-
Crimina- nonicas Suprema in Oppidum, & Territorium ejus Jurisdictio: Sic ut, Civilem
lis, simul, & Criminalem Justitiam administrarent. Gaudent insuper eo privilegio, ut
Jus signan- signare possint quot annis definitam quandam, & certam Summam Mitarum
da Moneta, (ita nuncupant Minutissimum illud ex plumbo Moneta genus, Diva illius Effigiem
 praferens) quarum duodecim singulos valent denarios, sive ut vulgò loquimur,
 Grossos Flandria, & exponitur quidem plumbea ista Monetula per totam qua
 late patet Hannoniam, usque ad ipsam Bruxellam, sic ut nemini liceat eam de-
 fugere.

Nu. 178. Mixtum est Collegium Montense, quod ita simplicibus Collegiis, ut Montes
Mixti Col- Vallibus, praestat. Illud in haec verba describit Guicciardinus in *Descript. Belgii*
legii Mon- pag. 455. ubi agit de Montibus: *Misendum est in hac Urbe Nobilissimum illud*
senfis Laus. Collegium Canonicarum, quod tantopere celebratur per universum hunc Tractum,
 conditum primò, & institutum ab Illustri Muliere Diva Gualtrude, Ducissa
 (ut vocant) Lotharingia, qui Ducatus tum temporis continebat Hannoniam,
 Brabantiam, Cameracensium, Hasbaniam, Ardyennam, & usque ad ipsum
 Rhenum extendebatur &c. Dico istam Heroïniam &c. struxisse &c. pulcherrimi
 operis Templum, & in eo instituisse Celeberrimum illum Ordinem Canonicarum
 ad cultum Deo praestandum, & horarias illas Preces, quas Horas Canonicas
 vulgò appellant, decantandas; Ordinem verè Nobilissimum; ut in quem solum
 recipiantur Dynastarum, & Virorum Magnatum Filia, qua honesto satis pro-
Modus se- ventu ab ipso Collegio sustentantur; & singulas Mansiones, Templo ferè
orsim habi- contiguas incolunt &c. licet autem eisdem cum lubet nubere &c. addidit Diva
tandi, Gualtrudis & Canonicos aliquot &c. cui Collegio praesse voluit Abbatissam: &
Sacra, & luculentam profecto ditionem, cum Civili pariter, atque Sacrà Jurisdictione, &
profana ju- amplissimâ potestate, ex Patrimonio suo attribuit, ita quidem, ut in Hannoniâ
risdictio, possideret hos ipsos Montes Frameriam, Chenium; in Brabantia verò Hermesium,
Possessiones. Ganistas, Herentaliam, Breuniam, Allodiale, & alia quadam loca. Sta-
 tuit insuper, ut in posterum ipsa Canonissæ Antistitas suas eligerent &c. factum dein-
 de, ut lapsu temporis Abbatialis, ut sic dixerim, dignitas & Imperatoris Romani in

ea Jus hereditate obvenit Hannonia Comiti Balduino. Ex quo tempore Comes Successores in hunc usque diem sunt Antislites Seculares, Patroni, Custodes Judices, Protectores, ac Defensores dictæ Edis Divæ Gualtrudis, Personarum in eâ degentium, & bonorum Collegio relictorum: Quibus & sine ullo obstaculo hodie perfruuntur, & Antislita suas regendi vices mandant: Quæ ex legibus, inque æternam memoriam, tam insignis Foundationis, tantam habet auctoritatem, ac præminentiam, ut succedente novo in Hannonia Comite, ipsa eum (ut coram nuper spectavimus in Personâ Philippi Regis) magnâ solennitate suscipiat, ac in Comitatus, ac Dignitatis Abbatialis, aliorumque bonorum à Collegio dependentium, possessionem immittat: ipso contra jurejurando se obstringente, ad Privilegia omnia, Immunitates, Exemptiones, consuetudines, & possessiones Templi, & **COENOBII DIVÆ GUALTRUDIS** conservanda &c. &c. Adverte hic, quod Guicciardinus tantus Autor, Collegium Montense, Cœnobium vocet, non obtante, quod dixerit Canonicas Montenses Canonicis permixtas separatim habitare, & Singulas Mansiones Templo ferè contiguas, ut etiam Freckenhorsti habitatur incolere. Utriusque hic Autor, si audivisset Romanorum Advocatorum Westerh. ineptias, de solo Monasterii nomine (quod Freckenhorsteni Collegio detractum eunt) Bellum, Trojano diuturnius moventium!

Abbas Secularis Comes Hannonia præter Abbatissam.

Collegium illud Cœnobium vocatur, nisi illic separatim habitetur.

Mixtum est Collegium Nivelense. Attale, cui uni nec septem simplicia composueris. De hoc Collegio ita Guicciardinus in Descriptione Belgii pag 252. loquens de S. Gertrude, Filiâ Pipini & Nepte Carolomanni: Instiuit Celeberrimum illum Ordinem Canonicarum, quem hodiè que tanta cum Majestate tamque laudatâ Oeconomia inibi est conspicere. Constat autem hic Ordo definito duarum, & quadraginta liberè satis viventium numero. Ordo quidem egregius, optimè que, & in magnum Nobilitatis Subsidiu institutus; nec enim ad Sodalitium hoc admittuntur **NISI MAGNATUM, & PRINCIPUM FILLIÆ**, quaque quadrupla minimum Nobilitatis Membra Paterni simul, & Materni Stemmatis numerent &c. Virgines quæ hic degunt, & Canonica aliàs appellantur, seu Domicellæ **SUAS QUÆQUÆ SEORSIM AB ALIIS HABENT AEDES**, easque circum, juxta ve Divæ Gertrudis &c. Caput habent Antislitam, quæ vulgo audit Madame de Nivelles, Domina Nivelensis; Principis Auctoritate, & consensu ab ipsis è Collegio suo, in aetatem, electam, & approbatam Deinde à Pontifice Maximo. Est autem hæc ipsa Antislita & non Sacri tantummodo hujus Collegii Caput, verum etiam Domina Spiritualis simul, & Temporalis, ut vocant Nivelles, & Territorii ejus haud quaquam exigui. Instiutum præterea est in eadem eade Religiosissimum sanè Collegium Tringinta Canonicorum, qui & ipsi laurè & honestè habentur, & à Pontifice, Dominaque Nivellesi, alternis mensibus eliguntur.

Nu. 179. Mixti Collegii Nivelensis Laus,

42. Canonica & 30. Canonici.

Canonissa illic seorsim habitant.

Jurisdictio Ecclesiastica & temporalis est penes Abbatissam.

Nu. 180. *Mixti Collegii Secanici Laus;* Mixtum est Collegium *Seccingense*, seu *Secanicum*, vulgò *Seccingen/* in *Seccingensi Collegio* (inquit Myræus *L. de Canon. c. 7. in fine*) Solent esse octo *Canonissa*, quibus in *Sacris Octo Canonici* (Bruschius in *Chronologia Monast.* pag. 530. V. Secanis tantum quatuor *Canonicos* recenset) subserviunt. At quantis prerogativis hoc Collegium est insigne? habere adhuc hodie solet *Principem Imperii Abbatisam*. Wex in *Ariadn. Carolin. part. 4. decad. 1. cas. 3. §. 6. n. 52.* Quid de ejus vetustate dicam? fundatum Anno Domini 495. confirmatum est à Rege Galliarum Clodovæo. Brusch. *L. c.* Quid de Nobilissimis Secanici Collegii *Abbatissis*? quid de Serenissimis ejusdem *Valallis* commemorem? *Abbatissarum* ejus loci (ait Bruschius loc. cit.) quarum *DUCES AUSTRIÆ VASALLI, & ADVOCATI SUNT*, hac tantum reperiuntur nomina, cæteris vetustate abolitis. 1ma *Domina Bertha*, Imperatoris *Caroli Crassi* Soror. 2da *Richardis*, ejusdem Imperatoris *Conjux*. En quam Augustæ *Abbatissæ*! Vñ & Augustissimum hujus Collegii *Vasallum* videre? ab hac (Annam *Baronissam* de *Falckenstein*, hujus loci *Abbatissam* intellige) *Carolus V. Imperator* Anno Domini 1520. in *Feuda* accepit more *Veterum Austria Ducum*, *Arcem & Civitatem Lauffenburgensem* ad *Inferiores cataractas sitam*; & *Civitates Secanam, & Claronam Helvetiam* cum aliis aliquot locis. Brusch. *L. c. V. Anna*. Quanta *Domina!* quæ etiam mundi *Dominum*, ipsum *Imperatorem*, in *Vasallis & Clientibus* numerat!

Mixtum est Collegium *Thorense*: *Thorense Collegium Canonissarum & Canonicorum*, scribit Myræus *L. de Canonic. cap. 64. in Rubrica*: Et in contextu idem ait: *Quod ad Thorense Monasterium* (en Autor *Celeberrimus, Antiquarius Excellentissimus, Capitulum*, quod sciebat esse *Mixtum*, in quo sciebat, tam *Canonissas*, quam *Canonicos* seorsim sine umbrâ claustralis communitatis habitare, promiscuè *Collegium & Monasterium* appellat) *Anfridi* pariter fundatum opibus, attinet; est illud hodie *Nobilissimarum Virginum Canonissarum Illustre & Potens Collegium*, in *Vico Thoren*, qui sesqui milliari distat à *Maseica*, *Ditionis Leodiensis*, ad *Mosam fluvium*, fixam habens *Sedem*. Quibus quidem *Virginibus* in *Sacris muneribus obeundis* subserviunt *sex Canonici Seculares*. de eodem Collegio ita *Guicciardinus* loc. cit. pag. 507. *Thora* est amœnissimus locus, & *MAGNA EMINENTIQUE* pervetusti, & instituti & conditus *Abbatia* memorandus. Nec admittuntur enim in *NOBILISSIMUM ILLUD CANONICARUM COLLEGIUM, NISI COMITISSÆ, UT VOCANT, & BARONISSÆ*, vel ut minimum *Equitum*, *Nobili Stirpe* prognatorum *Filia*; sicut alibi scripsimus de *Canonicis istis Montensibus*. Licet verò & istis, ubi visum est, nubere &c. *Antistita* *Supremam* in *agros, & pagos* aliquot circumjectos, non in *Ecclesiasticis tantum*; sed & in *civilibus causis* jurisdictionem exercet *lautissimo censu illustrata*. Agit in *Clientela Romani Imperii*, eâ *autoritate*, & pra-

Abbatissa illius supremam exercet jurisdictionem,

praeminentiâ, ut gaudeat Moneta ex auro, argenti que signanda Facultate: ita quidem, ut NB. SPLENDEDE PRORSUS ATQUE MAGNIFICE VIVAT, Sacellanos, atque Canonicos, item alios minorum Gentium Administros ad cultum Divinum alat. Condidit Nobilem Abbatiam Anfridus Comes Hugienfis anno circiter 972.

Atque hæc omnia mixta Collegia, Principali, ut vides imò Regali (ut quæ Regalia obtinent) dignitate præfulgent. Quibus brevitatis causâ adde MIXTA COLLEGIA CANONISSARUM apud Ratisbonenses, quorum unum Monasterium Superius, aliud Monasterium Inferius audit; de quorum mixturâ Testis est Lopetz de quindenn. q. 25. de Principali autem Dignitate præter alios affatim testantur Merzenfeld in Jure Public. Dissertat. 5. sect. 4. §. 7. num. 8. & 9. Imhoffius in notitiâ Sacr. Roman. Imperii L. 3. c. 22. n. 16. adde etiam splendidissimum, & magnificentissimum Collegium Eltinenfe prope Embricam, Provinciæ Ultrajectinæ, principatûs pariter prærogativâ decoratum.

Præter hæc Principatûs honore insignia, mixtæque Collegia, alia magno numero dantur mixta, facultatibus, & vitæ splendore, multum excellentia; cæsi Principatûs titulis, & Jure Territorii, haud gaudeant.

Tale est mixtum Canonissarum Collegium Andennense, in Comitatu & Diocesi Namurcensi: quo de ita Myræus L. de Canonic. cap. 19. Circa annum Christi 673. vel proximè sequentem S. Begga Soror S. Gertrudis Nivelensis post eadem Maritus sui Aufegisi, MONASTERIUM SEU COLLEGIUM (adverte quomodo hic Autor terminos Monasterii & Collegii confundat, etiam sciat Canonissas Andennenses, omnium aliarum Secularium more divisim habitare) Andennense haud procul à Mosâ fluvio fundavit &c. Est autem Andana, seu Andenna, pagus insignis &c. in quo septem Basilica, seu Sacella per S. Beggam excitata, hodièque visuntur. In primaria autem Basilica INSIGNE NOBILIIUM VIRGINUM CANONICARUM, QUÆ TRIGINTA SUNT NUMERO, COLLEGIUM. QUIBUS CANONICI DECEM IN DIVINIS OFFICIIS SUBSERVIUNT.

De eodem Guicciardinus in descript. Belgii pag. 491. Estque Collegium illud verè Nobilissimum, ac conveniunt serè ipsius instituta cum illis Collegii Nivelensis, fundati, ut dixi, à Divâ Gertrude Diva hujus Begga Sorore Germana; quas equidem credo mutuis se exemplis provocasse.

Tale est mixtum Canonissarum Collegium Monasteriense, itidem apud Namurcenses, de hoc Myræus L. de Canonic. c. 17. S. Fregandi Collegium Monasteriense, Canoniarum, & Canonissarum. De hoc Guicciardinus in Descript. Belgii pag. 492. alterum porò Canoniarum Nobilium Monasterium Andennensi ad simile, extat ad Savim fluvium, juxta pagum, quem vulgò vocant Monstier, altero à Namurco milliari. Quæ Collegia sicuti bona omnibus præbent exempla, ita multas quotidie Eleemosynas erogant, aliæque Officia pietatis & charitatis exercent.

Cudit Moneta
Auream &
Argenteam

Nu. 182.
Abbatissa
Ratisbo-
nensis Su-
perioris, &
Inferioris
Monasterii
item Eltē-
nensis.
Principa-
tûs titulo
gaudent.
Nu. 183.
Mixti An-
dennensis
Laus,
Promiscuè
Collegium,
& Mona-
sterium ap-
pellatur.

Nu. 184.
Mixti Col-
legii Mona-
steriensi
Laus,

ercent. Nota iterum, quòd Guicciardinus, & quotidianus usus Collegium Monasteriense Monasterium vocet, etsi constet Canonissas illic secretas habitare. Nota etiam, quòd Collegium Monasteriense à Guicciardino assimilatur Andennensi Collegio illi (ut supra n. 183. dixerat) verè Nobilissimo.

Nu. 185.
Mixti Col-
legii Mona-
st. riobelis-
ensis Laus.

Tale est mixtum Canonissarum Collegium *Monasterio-Belisiense*, vulgo *Münsterbilsen* / sive Collegium S. Landrada, vel S. Amoris. Quod esse Canoniarum Secularium, non autem Regularium (ut inanissimè contra omnem Veritatem & Notoreitatem garrere non erubescunt Advocati Romani Westerholtici) evicimus Num. 65. 66. & 67. & alibi; cujus mixturam docuimus Num. 64. & alibi. De cujus splendore loquitur Guicciardinus in *Descript Belg.* pag. 508. in hæc verba: *Juxta Bilsam ad teli jactum, & alterà ferè à Trajecto leucà; per insignis ad Demeram flumen pagus est, Sedi Leodiensi subditus, & Amplissimà Abbatia, MUNSTERBILSEN vulgò appellatà, Conspicuus. & Eam itidem solunt Canonice Nobili Stirpe prognata, qua & ipsa. cum visum est, nubunt: quarumque Antistita & amplissimà Jurisdictione, & luculentissimis annuis censibus gaudet. Ipse locus & amplus est, & magnificus, Templo & Monasterio ad miraculum pulchro, aliisque horsum spectantibus adificiis exornatus. Sed ut ne ignores, quale illud sit Monasterium ad Miraculum pulchrum; Belisiense Monasterium hodie est Canoniarum Virginum Collegium, extra Urbem Belisiam in Territorio Leodiensi; est NB. & Nomine tenus Monasterium, dicitur enim vernaculo idiomate Münsterbilsen & ità ad verbum Myræus de *Canonic. cap. 34.* in fin. Nempe totum Capitulum Monasterio-Belisiense, constans ex Canonicis & Canonissis seorsim omnino inter se, oppidò tamen splendidè habitantibus, Monasterium est Nomine tenus; ut & inde evidenter colligas, Collegium Belisiense esse *Canoniarum Secularium*, non Regularium; nam Canonissæ Regulares habitant in *Monasteriis strictè dictis*, & talibus, quæ non tantùm Nomine tenus, sed reverè sunt Monasteria.*

Illud tan-
simum nomi-
ne tenus, &
latè di-
ctum Mo-
nasterium
est.

Taceo nunc plurima alia (ne infinitus sim) mixta Collegia, et Principalis Dignitatis radiis haud illustrata, opulentissima, splendidissima, summèque tamen insignia; quæque jam tempore Bonifaciano, & pridem antè, multò maximè floruerunt. Inter quæ meritò referas hoc ipsum, quo de litigatur, Freckenhorstense Capitulum, cujus Mixturam ipsi Adversarii non tantùm concedunt; sed pro fundamento suæ cavillationis & vitiligationis usurpant.

Nu. 186.
Mixtum
est Colle-
gium Fre-
ckenhorstense.

Adde illi *Capitolinum* apud Ubios, in quo *Plectrudis Pipini Conjux Nobilium Virginum Collegium fundavit, & duodecim super addidit Canonicos.* Teste Myræo de *Canon. cap. 1.*

Nu. 187.
Capitoli-
num.

Nu. 188.
Ursulanum

Adde *Collegium Ursulanum* apud eisdem Ubios, in quo *Hermannus XXIII. Coloniensium Antistes, præter Canonissas (quæ ad minimum Comitissæ esse debent) quinque fundavit Canonicos.* Myræus loc. cit.

Adde

Adde *Herifense* (cui impræsentiarum Illustrissima præsentis Causæ Actrix, Comitissa de Winckelhausen gloriosè præest) ex Abbatissâ, Præpositâ, Decanâ, Scholasticâ, Cantrice, & plurimis aliis Domicellabus, insuperque ex duobus Canonicis sat magnificè constitutum.

Adde denique *Borghorstanum*, & *Vredense*, in patriâ Monasteriensi; *Diekirchianum*, *Novesense*, *Villecanum* in Archidicæcesi Coloniensi; *Susterense* in Dicæcesi Leodiensi, & alia complurima alibi sita; quæ omnia, ut teste experienciâ sunt mixta, ita sussepturis utriusque Sexui proventibus abundè circumfluunt.

Tam multa autem, tam splendida, & magnam partem Principalibus Regalibusque præfulgida Juribus, à Pontifice omnino neglecta, & extra Provisionis Apostolicæ curam, quâ tamen maximè indigebant, posita esse, totamque Papalem sollicitudinem ad simplicia Canonissarum Collegia, quæ sub tempora Bonifacii aut nulla, aut rara aderant, Capite *Indemnitatibus* restrictam esse qui credit,

Abderitana pectora plebis habet. (a)

Videat hinc Curia Romana, quot & quanta Canonissarum Collegia, omnimodæ illius Jurisdictioni, & Dispositioni contra duarum Florentissimarum in Germaniâ Universitatum Responso, contra inconcussam immemorialémque totius Belgii Praxin, contra unanimem Authorum omnium calculum, contra antiquas & novas Rotæ Romanæ Decisiones, contra repetita, & irrefragabilia S. Congregationis Oracula, sub futili Mixturæ prætextu subtrahere scenæ servientes Advocati Romani machinentur.

Nu. 189.
Mixtum est Herifense.

Nu. 190.
Mixta sunt plurima alia splendidissima, & insignia Collegia.

Nu. 191.
Incredibile est de tot mixtis Collegiis Principalibus & summè insignibus nil C. Indemnitatibus esse dispositum.

§. 4ti ARTICULUS SECUNDUS.

Dat 2dam, 3tiam, 4tam & 5tam Rationem intrinsicam, quare Mixtura non officiat Capiti Indemnitatibus.

PROBavi priore Articulo, quòd pleraque omnia, & quidem præstantissima Canonissarum Collegia sint mixta; addo nunc (quæ secunda Ratio intrinseca sit) omnia omnino Canonissarum Collegia, quæ quidem primitus pro Canonissis, & non pro Religiosis professisque Monialibus fundata sunt, tempore Bonifaciano fuisse mixta. Quod si probavero (cùm constet Capite *Indemnitatibus* §. penultimo agi primariò de Canonissis) quivis facillè concedet, illic potiùs agi de Collegiis mixtis, in quibus erant Canonissæ, tales à primâ origine; quàm de Collegiis simplicibus, in quæ degenerârunt id temporis paucissima Monialium claustra; nam omnia Jura omnisque disciplina considerat potiùs ea, quæ per se,

Nu. 192.
Jura po-

M

(a) *Martialis.*

siſſimùm
curant
qua per se
funt, &
primam
rerum ori-
ginem,
Nu. 193.
Omnia
omnino
Collegia,
qua a pri-
mâ origine
Canonica-
rum fue-
runt, mix-
ta sunt.

quàm quæ per accidens fiunt. Carpzovius *part. 1. qq. crimin. 1. n. 64.* Rosener in *Theſauro L. 1. c. 22. n. 1.* & rem quamlibet à suâ origine metimur. *L. Quid. quid. 33. ff. de donation. L. unic. C. de imponenda lucratio. description.* Carpzovius *part. 1. Constit. 17. defn. 44. n. 4.* & ab origine interpretationem petimus. Cothman *L. 5. resp. 1. n. 135.*

Omnia autem Collegia, quæ ante tempora Bonifacii pro Canonissis fundata fuerunt, fuisse mixta seu duplicia; constat ex Vanespino *J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 2. n. 20.* ibi: *Habebant Presbyteros (utique omnia Collegia) qui Canonica- bus Sacraministrabant, cæque exequerentur, qua Ordo Ecclesiasticus Sexui femineo non permittit. Hi primitus ex communibus MONASTERII bonis alebantur. At dum Canonica ad vitam SINGULAREM TRANSIERE, etiam ipsi Presbyteri sensim in Canonicos Seculares transierunt. Hi Canonici, ait Myraus in Notis ad Regulam Canoniarum, in sanctimonialium Canonicè viventium Templis (utique omnibus) Missarum Solennia celebrabant.* vid. Num. 151. Et si singulorum pro Canonissis primitus fundatorum Collegiorum statum examines, nullum invenies, in quo Canonicabus non essent Presbyteri pro Sacramentorum administratione adjuncti, qui postea à Canonissis (ut ita loquar) secularizantibus Seculares Canonici sunt appellati.

Nu. 194.
Hinc Cap.
Indem-
nitatibus
potius, &
per se de
mixtis, &
non nisi
per acci-
dens agit
de simplici-
bus Collegiis
Canonica-
rum.

Et sæpe in Uno Collegio Canonicabus pro cultu divino viginti Canonici, ut Essendia; inò triginta ut Nivellis sunt adjecti. Vid. Num. 176. & 179.

Quid mirum ergo, quòd Caput *Indemnitatibus §. penult.* ubi expressè agitur de Canonissis Secularibus, non tantùm de Canoniarum Collegiis mixtis, sed potissimùm de *Mixtis* agat? cum mixta sint omnia, quotquot pro Canonissis in primo ortu sunt fundata.

Non obstat, quòd fortè Collegium Buchovicum cum uno alteròve alio tempore Bonifacii fuerit simplex; nam illud, similiæque paucissima Collegia à suis initiis strictè dictarum Monialium claustra fuere per accidens facta Collegia Canonissarum, ut constat de Buchovico, quod teste Brutschio in *Chronologia Monasterior. Germania P. Buchaugia* primitus fuit *Augustiniana Professionis Cænobium.* Magis autem respiciunt Jura id, quod per se, & ab origine primâ, quàm quod per accidens est, aut fit, ut supra docui N. 192.

Nu. 195.
Collegium
Buchovicũ
primitus
fuit Non-
narum
claustrum.

Et hinc mirum non est, quòd Authores passim (ut à Num. 151. patet) ita de Collegiis Canonissarum Secularium scribant ac si omnia essent mixta, & ac si sola mixta spectarent ad dispositionem Capitis *Indemnitatibus §. penult.* Usque adeò Collegia mixta non tantùm non excluduntur à dispositione Capitis *Indemnitatibus*; sed eò multò maximè pertinent.

Nu. 196.
Mixta Col-
legia magis
quàm sim-

Ratio tertia intrinseca est: licet Collegia Canonissarum Secularium expressè non sint approbata propter singulari vitam; Approbatio tamen eisdem maximè denegata est propter mixturam, ut demonstratum est à Num. 32. & 33. jam au-

tem

rem Caput *Indemnitatibus* evidenter de illis Collegiis agit, quibus Approbationem expressè denegat. Ergo de Collegiis mixtis evidenter agit Caput *Indemnitatibus*, & quidem de illis potissimum; quia major aderat Ratio illis, quàm simplicibus Approbationem denegandi.

Rationem quartam paucis accipe: Motivum dispositionis Bonifacianæ in Capite *Indemnitatibus* præcisè circa ætatem triginta annorum (quidquid sit de aliis Articulis, illorumque motivis) est *Sexus fragilitas*. Gloss. in *C. Indemnitatibus* *V. Trigesimum*. Joan. Andr. *ibid. n. 5.* Joan. Monach. *ibid. n. 2.* Archidiaconus *ibid. n. 3.* Fagnan. in *C. cum in cunctis n. 2. & seq. de Elect.* aliique. Jam autem Motivum & Ratio fragilitatis magis urget in Collegiis mixtis; quàm simplicibus; cum in istis FRAGILITAS SEXUS plurimis sit exposita periculis; non item in simplicibus. Vide Num. 32. & 33.

Adde primò, quòd majore opus sit prudentiâ, adeoque majore ætate (quia prudentia cum ætate crescit,

Seris venit usus ab annis) [a]

Ad regendos Mares cum Feminis, quàm solas Feminas; cum quia Mares imperii feminei ob sexus sui præcellentiam sunt intolerantiores; tum quia Mares utpote sagaciores facilius advertunt, & sugillant defectus femininos, qui in Regimine occurrunt, adeoque Mares subditi imperium femineum multò reddunt difficilius, & hinc in Abbatissâ mixti Collegii majore prudentiâ, & per consequens grandiore ætate peropus est, quàm in Abbatissâ simplicis Collegii. Ut & ex hoc titulo sententias Canonem *Indemnitatibus* §. penult. magis de mixtis, quàm de simplicibus agere Capitulis.

Adde secundò, quòd ut majoris Artis Prudentiæque est indisciplinatos, exleges, liberrimèque viventes (quales sunt Canonice, & Canonici Seculares) quàm jugo disciplinæ assuetos gubernare; ita meritò prudentissimus Papa Bonifacius magis Abbatissam Tricenariam in dissolutis mixtisque Canoniarum Collegiis, quàm in simplicibus Regularumque servantibus Monialium claustris requisiverit. Ut indubitatum sit, Caput *Indemnitatibus* notum solum etiam, sed maximè Collegiis mixtis scriptum esse.

Rationem quintam intrinsecam sic propono: Dispositio Bonifaciana in *C. Indemnitatibus* tam illimitatis verbis concepta est, quæ utique & Collegia Monasteriæque mixta complectantur; dum dicitur §. ultim. *Licet præmissa &c.* circa Electiones *IN QUIBUS LIBET* Mulierum Monasteriis faciendas &c. specialiter duxerimus statuenda. Nam tò *QUIBUS LIBET* indubitatè etiam mixta Canonissarum Collegia complectitur, cum illa reverâ sint & à potiore digniorèque parte (quàm Mulieres faciunt) denominentur Mulierum seu Canonissarum Collegia, non attentâ Virorum mixturâ: *Nota* (inquit Wagner in Clem. At-

M 2

tendentes

[a] Ovidius.

plicia adC. Indemnitatibus § penult. pertinent.

Nu. 197. *Sexus fragilitas movit Pontificem, ut vellet Abbatissas Tricenarias.*

Nu. 198. *illa Ratio magis urget in mixtis, quàm simplicibus Collegiis.*

Nu. 199. *In regimine mixtorum majoris opus est prudentiâ, adeoque ætate; quàm in simplicibus*

Nu. 200. *Difficilius est regere Canonicos, quàm Moniales.*

Nu. 201. *Verba generalissima In quibuscunque Monasteriis continent Mixta.*

Nu. 202.
Mixta Col-
legia à se-
quiere sexu
simpliciter
denomi-
nantur.

tendentes 2. de Statu Monach. V. Canonice Seculares) in Germaniâ & Belgio esse Ecclesias Collegiatis, sive Collegia Nobilium Feminarum, quæ solent dici Canonissæ Seculares, ut Lindavii, Buchovia, Ratisbona, Essæ. Indubitatum est autem, duo Ratisbonensia Collegia, nimirum Monasterium superius & inferius, iidem Collegium Essense, seu Essendiese, esse mixta. Vide Num. 162. & 164. & alibi.

Ergo Collegia Canonissarum mixta nullatenus respecto Virorum consortio simpliciter Collegia Nobilium Feminarum vocantur. Ergo & continentur sub universalissimis Textûs verbis: *In quibuslibet Mulierum Monasteriis*, maxime si huic Rationi junxeris alias mox secuturas.

S. QUARTI ARTICULUS TERTIUS.

Exhibet etiam septimamque Rationem intrinsecam.

Nu. 203.
Lex tri-
ginta an-
nos præsci-
bens, est
omnino fa-
vorabilis.

Ratio intrinseca sexta: Dispositio Capitis Indemnitatibus, in quantum Abbatissis ætatem Tricennem præfigit, multis titulis est FAVORABILIS, adeoque extendenda, & quàm latissimè interpretanda, maxime cum adfit universalissima dictio: *Quibuslibet*, juxta Regulam Juris: *Odia restringi, & favores convenit ampliari.* C. *Odia de R. J. in 6.* Est autem indubitatè Favorabilis Dispositio Cap. *Indemnitatibus*; nam

Primò, ut dignoscatur, sitne Dispositio aliqua favorabilis, an odiosa inspicenda est Ratio Proœmialis Teste Baldo in *L. Si quis. n. 5. vers. Sed quomodo agnoscam C. de Pactis* Corneus *Conf. 236. diligenter consideratis. L. 4. Caput Aquensis decis. 215. n. 8. libr. 3.* Mandosius in *Regul. de Annal. q. 4. n. 7.* nec non videntum, an Legislato principaliter motus fuerit ob favorem, licet Dispositio secundariò redundet in odium alterius. *L. qui exceptionem 40. ff. de condict. indebit.* ubi notat Bartol. 2. *Notabil. num. 2.* & reliqui omnes. Curtius *senior Conf. 9. Ticinensi Statuto num. 20. vers. & ita in proposito.* Milius in *Repertor. vers. Lex dicitur favorabilis*, aliique passim.

Nu. 204.
Ob ratio-
nem Præ-
mialem,
quæ est, ut
consulatur
indemni-
tati Mo-
nasteriorum.

Jam autem Ratio Proœmialis C. *Indemnitatibus* apertè datur his clarissimis verbis: *Indemnitatibus Monasteriorum, quæ frequenter propter Electiones in discordiâ celebratas in ipsis grandia in Spiritualibus & Temporalibus dispendia patiuntur, occurrere desiderabiliter affectantes, statuimus &c. nec in Abbatissam &c. de cætero eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleverit.* Quæ Ratio utique est favorabilis, cum primariò respiciat utilitatem, & favorem Monasteriorum, & Ecclesiarum, qualis Dispositio indubitatè est favorabilis. Abb. in *C. nihil n. 1. vers. 2. principaliter de Elect.* Caput Aquensis *Decis. 215. n. 6. & Decis. 202. n. 4. L. 3.*

Etiam si

Etiamsi alias sit *pœnalis*, quia favore Ecclesiarum dicitur favorabilis, & extendenda. Geminianus *conf.* 37. *dubatur sub n. 6. v. 3. Ubi constitutio. & conf.* 106. *super dicto dubio n. 2. Gometz. de Expectativ. n. 100.* Adeoque Caput *Indemnitibus*, etsi *pœnale* foret; tamen ad Collegia mixta extendi deberet; sed nec *C. Indemnitibus* *Pœnale* est; nec hic ulla *extensione* opus est; cum Caput *Indemnitibus* *Primariò*. & per se (ut n. 150. 193. demonstratum est) de *Mixtis* agat, adeoque illa comprehendat; ideoque de *mixtis* non *extensivè*, sed vel maxime *comprehensivè* tractet.

Secundò dispositio *Capitis Indemnitibus*, quatenus *Abbatissis* *ætatem* *Tri-cennalem* præstituit, *summè favorabilis* est; quia sic corrigit *abusum* & *errorem*, qui irreperat in *Ecclesiam Dei*, dum *Jura Antiqua* sub prætextu *capitis cum in cunctis. §. Inferiora de Elect.* (quod tamen ne verbulo corrigit *vetera Jura* de *ætate* *Abbatissali* *agentia*) ante tempora *Bonifacii VIII.* perperam, & viâ facti eligebantur in *Abbatissas* *Juvenulæ*, quæ vix 25. *ætatis* *annum* attigerant. Audiat hac super re *Glossa* in *C. Indemnitibus. V. Tricesimum* ibi: *Olim Abbatissa* *debebat esse Sexagenaria; Can. Juvenulas. caus. XX. q. 1. SED NON UTE-* *BAMUR ILLO JURE, sed per Decretum capitis cum in cunctis. §. Inferiora.* *de Elect. eligebantur, quæ attigerat XXV. annum: nunc autem imposta est certa* *Meta.* Cujusmodi *Electiõni* sub prætextu solo *Juris*, de facto celebratæ adaptari rectè possunt verba. *L. 13. ff. de injur. Usurpatum tamen & hoc est; etsi* *nullo Jure.* Correxerit ergo *Caput Indemnitibus* *abusum* *Juris*, & hinc est *favorabile*. Dico *abusum* *Juris*, nam certum est, quod *Caput Cum in cunctis. §. Inferiora.* nec verbulo mentionem faciat de *Abbatissis*, adeoque non censetur *vetera Jura* de *Abbatissis* conscripta abrogasse; cum *Correctio* *Juris* in omni interpretatione sit vitanda, *ne Jura tot vigilis fabricata unico verbo* (imò potius *nullo verbo*, & solo *silentio*) *tollantur* *Abb. conf. 78. in princ. L. 2. Geminian. conf. 131. in princ. Tuschus litt. C. concl. 1037. n. 1. & 2. Ancharan. conf. 190. in princ.* Si autem *C. Cum in cunctis. §. Inferiora*, non correxerit *Jura*; & *ætatem* *Abbatissalem* ad 25. *annos* non restrinxerit; evidens est fuisse *abusum* *Juris*; quando sub prætextu *capitis Cum in cunctis. §. Inferiora*, *Virgunculæ* 25. *annorum*, ad *Clavum* *Monasteriorum* sunt promotæ. Consequenter *caput Indemnitibus*, quo hic *abusus* *sublatus* est, *abusum* *Juris* sustulit, non autem *Jus* ipsum correxit, adeoque *favorabile* est, latissimèque interpretandum; utpote *correctorium* *abusus*, non *Juris*.

Nu. 205.
Dein, quia
corrigit
abusum
Juris.

Confirmatur: vel *caput cum in cunctis. §. Inferiora.* agit de *Abbatissarum* in *Collegiis mixtis* *ætate*, vel non? si agat; cum sic sit *correctorium* *Juris* *Veteris*, exigentis *sexaginta* *annos*; etiam *dispositiones* *correctoriæ* *Juris*, se extendent ad *casus* *mixtos*. Si non agit de *ætate* *Abbatissarum* in *Collegiis mixtis*; *caput Indemnitibus* etsi agat de *Collegiis mixtis*, non erit *correctorium* *capitis. cum in*

cunctis; cum ut supponimus hoc c. cum in cunctis, non agat de Collegiis mixtis. Et hoc Dilemmate, Seu fulmine percussus jacet Ficulneus adversariorum Achilles, quem ex imaginariâ Juris correctione (quam capiti Indemnitatibus affingunt) sibi fabricarunt.

Tertiò favore est c. Indemnitatibus, quâ ætatem triginta annorum decernit; quia per illam dispositionem à 25. annis per abusum Juris inductis, propius reditur ad Jus commune vetus, vel 40., vel 60. annos præscribens. 40. enim Annos præscribit Novella 123. cap. 13. de Sanctiss. Episc. & Auth. Diaconissam Nu. 206. c. de Episcop. & Cleric. & can. Nemo 2. Dist. 78. sexaginta autem requirebat can. Juvenula, caus. XX. q. 1. Favorabilis est enim omnis Lex, per quam reditur ad Jus commune, & vetus. Latè Felin. in c. cum accessissent n. 5. vers. Hanc declarationem de consti. Jalon. in L. Si unus. § pactus. ne peteret n. 2. & seq. ff. de pact. Gonz. Gloss. 7. n. 13.

Nu. 206.
Tertiò quia
reducit ad
Jus vetus
40. vel 60.
annos exi-
gens.

Nu. 207.
Cap. In-
demnita-
tibus, ut
pote favo-
rabile foret
extenden-
dum; sed
hic exten-
sione haud
est opus.

Unde cum Caput Indemnitatibus, præfigens ætatem 30. annorum Abbatissis, tot titulis sit favore, etsi non comprehenderet mixta (ut tamen comprehendere ostendimus à n. 192.) attamen per extensionem ad mixta porrigendum esset. Ut hic nihil dicam, quod in illâ hypothesi caput Indemnitatibus etiam ad mixta extendendum foret, propter rationis, cum simplicibus, non tantum identitatem, sed & majoritatem; cum ratio hujus legis magis urgeat in mixtis, quàm in simplicibus Collegiis; ut relucet ex num. seq. & notorii Juris sit, legem ob rationis identitatem ad alios similes casus extendi. L. illud 32. pr. ff. ad L. aquil. L. adigere. §. quamvis 2. ff. de Jur. Patron. c. cum dilecta. de confirmat. uil. vel inuil. Sed quidquid id est; suffecerit hic mihi, capiti Indemnitatibus, tot titulis (si præcisè spectes præstitutam Abbatissis tricenariam ætatem) summè favorabili; Legis Correctoria, & Pœnalis larvam (quam illi Adversarii affingunt) detraxisse. Certè Legis abusum, non est Legem, vel Jus corrigere.

Ratio Intrinseca septima: Et licet tantisper in gratiam Adversariorum fingere- mus, caput Indemnitatibus, quâ præcisè ætatem Tricenariam præscribit (nam in multis aliis correctorium Juris esse nemo negat) non tam Juris abusum, quàm Jus corrigere; nihilo tamen secius adhuc mixta complecteretur Collegia; quia mixta Collegia in communi usu loquendi vocantur Simpliciter Collegia Canonis- sarum, Collegia Nobilium Feminarum, non attentâ Virorum mixturâ. Insu- per talibus Collegiis mixtis inest eadem, aut major ratio Legis; scilicet Sexus fragilitas. vid. num. 197. & 202. Jam autem rectè ait Eruditissimus Rosener in Thesauro loc. commun. L. 11. c. 47. n. 4. Mixtum continetur sub simplici, quando ex communi usu loquendi, illud Mixtum reputaretur tanquam simplex, & isto casu dispositio loquens de simplici habet locum etiam in mixto. L. Librorum 52. §. Quod tamen 4. ff. de legat. 3. L. Universorum 12. ff. de Pignorat. action. L. Si quis vinum 5. ff. de Vin. Trit. & oleo legat. Bolognin. in Repetit. L. 2. in princ. ff. de

Nu. 208.
Etsi Caput
Indemni-
tatibus esset
correctorium;
tamen
mixta Col-
legia com-
plecteretur,
quia hac
vulgò, &
simpliciter,
Canonis-
sarum, &

ff. de Verb. Oblig. n. 62. & 66. vers. Secundo limitatur. & num. 75. vers. secundo fallit.

Idem Rosener loc. cit. vers. Quintò continetur, ubi in simplici, & mixto est eadem ratio; & multò magis si in mixto viget major Ratio, quam in simplici, tunc enim dispositio loquens de simplici habet locum etiam in mixto. Bolog. in d. L. in pr. n. 55. vers. Et ideo in istis mixtis, & n. 57. vers. Sicut e contrario. & n. 62. vers. Tertio fallit. & n. 67. vers. Tertio limitatur & n. 72. cum sequent. Surdus conf. 33. n. 29. ubi ampliat etiam in Pœnalibus, & odiosis & conf. 315. n. 58. Cardinalis Tuschus lut. M. concl. 294. n. 34. Polydor Ripa d. c. 4. n. 13. Rota decis. 385. n. 4. apud Farinac. p. 2. Recent.

Rectè Gallin. de Verb. signific. L. 9. c. 31. n. 21. Istis casibus in quibus, vel ex propriâ verborum significatione, vel ex vi comprehensivâ rationis, mixtum potest comprehendi sub simplicibus, ego non distinguo inter materiam odiosam, & favorabilem; quia significatio propria, qua resurgit etiam ex latiore significato, locum habet in quacunque materiâ, quamvis strictâ, & odiosâ.

Rectè Castill. quotidian. Controv. L. 5. c. 134. n. 27. Quod si ex comprehensione rationis appareat de mente disponentis; tunc sive Ratio in dispositione sit expressa, sive una tantum possit assignari (quia paria sunt: ut est vulgatum) sive de ratione tacite, legitime tamen appareat, **CASUS MIXTUS SUB SIMPLICIBUS CONTINETUR**; non distinguendo inter materiam odiosam, vel favorabilem, quia Ratio dispositionis in materiâ strictâ facit extendi dispositionem. Surd. decis. 192. n. 2. & seq. Rota decis. 5; 7. n. 13. part. 1. Recent. At enim Rationis identitatem, imò majoritatem Collegiis mixtis jam asseruimus à num. 192.

Pariter omnibus Germanis, Belgis, & Lotharingis notum est, quod **COLLEGIA CANONISSARUM MIXTA**, simpliciter Collegia Canonissarum, vel Collegia Nobilium Domicellarum, nullâ de viris facta mentione, vulgò appellantur.

Nota inquit Wagnerec in Clem. attendentes 2. de Statu Monach. V. Canonice Seculares, in Germaniâ, & Belgio esse Ecclesias Collegiatas, sive Collegia Nobilium Feminarum, que solent dici Canonice Seculares, ut Lindavii, Buechovia, Ratisbona, Esse. Ubi vides, quòd Autor Germanus, Collegia Ratisbonensia duo, scilicet Monasterium Superius, & Monasterium Inferius, item Collegium Essen. e, quæ tria mixta esse vidimus, num. 162. 164. & alibi simpliciter vocet Collegia Nobilium Feminarum, ac si Virorum non adesset mixtura.

Et de Essensi mixto sic scribit Wexin Ariada. Carolin. part. 4. decad. 1. cas. 11. §. 6. n. 10. Valde viget à me non ita pridem oculis inspectum Nobilissimum, & Antiquissimum Collegium Canonissarum Essendiense. Et hic mixtum illud Collegium, simpliciter Collegium Canonissarum appellat.

Et de Ratisbonensi Superiore, mixto Collegio ita Myraus. L. de Canonic. cap. 41.

Mulierum
Colligia
vocantur:
& illis in-
est rationis
identitas
imò majori-
tas.

Nu. 209.
Mixta
Colligia
simpliciter
vocantur
Colligia
Canonissa-
rum;

Nu. 210.
Probat
id de Ra-
tisbonensi-
bus, &
Essensi.

41. *Monasterium Superius Ratisbonense, germanicè Ober Münster / Nobilium Canonissarum.* En iterum mixtum venit sub nomine simplicis. Et de *Ratisbonensi Inferiore*, itidem mixto idem Myræus loc. cit. *Inferius Monasterium Ratisbonense Nobilium Virginum, institutum est per Juditham.* Sic omnia alia Miscellanea Collegia, non attento Virorum additamento, ex communi loquendi usu nomen non à Canonicis, vel etiam à mixturâ, sed simpliciter à Canonissarum Collegia, Capitula, Monasteria &c. nuncupantur.

Nu. 211. *Item de Andennensi,* Sic de *Andennensi* mixto Myræus L. de Canonic. c. 19. in *primariâ autem Basilica* residet in *insigne Nobilium Virginum Canonissarum, quæ triginta sunt numero, Collegium.*

Andlovviensi, Sic de *Andlovviensi* idem Myræus L. c. c. 39. *Andlovviense Collegium Canonissarum in Germaniâ.* Sic de eodem Bruschius in Chronol. Monast. V. *Andlow S. Fabiano & S. Felicitati sacrum Canonissarum celebri loco natarum opulentum Collegium.*

Freckenhorstensi, Sic de *Freckenhorstensi* Mixto (quod præsentis liti formitem subjecit, & præsentis Scriptioni ansam præbuit) Bolandus in Actis SS. Belgic. in Vita S. Thiatildæ in Addend. 30. Januar. pag. 1154. *Freckenhorstum, sive Freckenhorst Vicus, in eoque nobile & pervetustum SANCTIMONIALIUM CANONICARUM COLLEGIUM.* Et de eodem Henschenius in Act. SS. Belg. in Vita S. Ludgeri 26. Martii n. 57. *Est Freckenhorstum, sive Freckenhorst, Nobilium Canonissarum Cœnobium.* De eodem Boland. L. c. n. 1156. *Ad sinistrum Templi latus jacet Claustrum Canonissarum.*

Malbodiensi, Sic de *Malbodiensi* Mixto Guicciard. in Descript. tot. Belgii pag. 469. *Habet etiam istud oppidum unum è Nobilissimis Illis Canonissarum Collegiis, qualia nempe Montense, & Nivellense, supra Nobis descripta.*

Monasteriensi S. Fregandi, Sic de *Monasteriensi S. Fregandi* Mixto Guicciard. L. c. pag. 492. *alterum porro Canonissarum Nobilium Monasterium, Andennensi adsimile, extat ad Savim fluvium.*

Montensi, Sic de *Montensi* Mixto Guicciard. L. c. pag. 455. *Visendum est in hac Urbe Nobilissimum illud Collegium Canonissarum, quod tanto &c.*

Sic de Collegio Monasterio - Belisiensi, vulgò *Münsterbilsen* Myræus de Canonic. cap. 34. in fin. *Monasterium Belisiense hodie est Canonissarum Virginum Collegium, extra urbem Belisiam &c.*

Nivellensi, Sic de *Nivellensi* Mixto Guicciard. L. c. p. 252. de S. Gertrude loquens: *Instituit Celeberrimum illum Ordinem Canonissarum, quem hodieque tantâ cum Majestate &c. inibi est conspicere.*

Thorensi, Sic de *Thorensi* Mixto Myræus L. c. c. 64. *Est illud hodie Nobilissimarum Virginum Canonissarum illustre ac potens Collegium.* Idem de eodem in Diplom. Belgic.

Belgic. L. 1. cap. 24. Cœnobium Thorense, quod est Illustre Nobilium Virginum
 Canoniarum Collegium.

Unde vides, mixta Collegia vulgò non tantùm à rudi plebe, sed à gravissimis
 doctissimisque Scriptoribus, rem ex professo tractantibus, simpliciter Canonissarum
 Collegia &c. vocari, nullo habito ad Viros respectu.

Et quid mirum? denominatio semper à digniori, potiori, & potentiori de-
 sumitur. L. Quidquid 27. §. 2. ff. de acquirendo rer. Domin. L. Queritur 10. ff. de
 statu homin. L. 1. in princ. ubi Gloss. & DD. de V. O. at in mixtis Ecclesiis (quæ
 primariò pro sequiore Sexu fundatæ sunt, quæque ex hoc sexu totius Collegii
 Caput habent) Canonissæ, sæpe Casarum, Regum, Principum, Marchionum,
 Ducum, & Comitum, ad minimum Perillustrium Parentum Filix; Canonissis
 Civilem Statum non egressis, & ad Servitium in Divinis præstandum vocatis;
 & numero passim, & Dignitate semper, tantùm anteeunt;

Ante alios quantum Pegasus ibat equos (a)

Ut ex sequentibus Articulis luculentius palàm fiet. Et ut Collegia illa mixta,
 licet ignobiles Canonicos contineant, à prædominante Perillustri Sexu Femineo,
 nihilominus vulgò in Germaniâ Teste experienciâ: Frey Adliche Stiffter:
 libera Nobilia Collegia, appellantur; ita pariter, licet ex viris mixta sint; tamen
 simpliciter Canonissarum Collegia vocitantur. Quamobrem, cum secundum
 communem usum,

Quem penes Arbitrium est, & mos, & norma loquendi (a)

Verba debeant intelligi, & Leges Canonésque explicari L. librorum 52. §. Quid
 tamen 4. ubi Bartol. ff. de legat. 3. L. labeo 7. de Supellect. legat. L. Cum Lanionis.
 L. 18. §. Item 3. ff. de fundo instruct. & communis usus, Collegia Canonissarum
 vocet, sive simplicia sint, sive mixta; hinc Lex Bonifaciana in C. Indemni-
 tatibus. §. penult. de Collegiis Canonissarum Secularium agens, ut ex Sphi illius
 summario liquet, complectetur, seu comprehendet tam Collegia Mixta,
 quàm Simplicia.

Unde et si transmitteremus, Caput Indemnitatibus, etiam præcisè circa præ-
 scriptam Abbatissis ætatem, esse correctorium, nihilo tamen illud minus, ob
 communem usum loquendi, & rationis identitatem, imò majoritatem, com-
 prehenderet Collegia Mixta.

§. 4. ARTICULUS QUARTUS

Pertractat causam intrinsecam suam gnâmqve.

Ratio octava, quæ cum septimâ non parùm sororiatur: Mixtum omne
 sequitur naturam sui simplicis magis digni. L. Queritur 10. ff. de statu
 homin.

(a) Ovid. (b) Horatius de Arte Poëtica.

Nu. 212.

Quare
 Mixta sim-
 pliciter vo-
 centur Col-
 legia Cano-
 nissarum?

Nu. 213.

Vocantur à
 Feminis
 Canonissarum Colle-
 gia, sicut à
 Feminis
 vocantur
 Collegia
 Nobilia.

Nu. 214.

Etiamsi C.
 Indem-
 nitatibus
 esset Corre-
 ctorium;
 compre-
 henderet
 tamen
 mixta, &
 quare.

Nu. 215. *Mixtum sequitur Naturam sui simplicis, magis digni, & prævalentis.* *homin. L. Cum aurum. in §. fin. ff. de auro & argent. Legat. L. Quidquid. 27. §. Cum partes. 2. ff. de acquirendo rerum. Dominio.*
 Et *Mixtum* omne judicandum ex eo, quod in illo prævalet, & præponderat. *Gonz. Gloss. 18. n. 15. cum seq. Lott. L. 2. q. 10. n. 67. Rota apud Cavaler. decis. 547. n. 2. cum aliis per addend. ad Buratt. decis. 103. litt. B. in fin. hinc Hermaphroditi secundum illum Sexum censentur, qui prævalet L. Quaritur. 10. ff. de statu homin. hinc si Universitas sit mixta ex Clericis & Laicis; si hi plures, coram Laico conveniuntur Judice; licet aliàs Clericus Laicum ad suum forum trahat *Socin. conf. 12. n. 17. Rosener in Thesaur. L. 11. cap. 47. n. 6.**

Jam autem in Collegiis *Mixtis*, prævalent indisputabiliter tam dignitate, quam numero Canonice Canonissæ.

Nu. 216. *Præstant Canonice Canonice dignitate, triplici ex Capite. Imò quia habent Mixti Caput, ex suo Sexu. 2dò Quia sunt Nobiles.* *Dignitate* quidem; tum quia Canonissæ ex suo sexu habent Abbatissam, totius Collegii Mixti Caput; tum quia Canonissæ, utpote Cæsarum, Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum; ad minimum, Nobilium Filia; Nobilitate suâ antestant Canonice, sæpè à stivâ & hara prodeuntibus, nunquam ferè civilem conditionem egressis. Nobilitas verò dignitas est Jure Civili. *Cacheranus decis. Pedement. 100. n. 47. Mantuanus in Dialog. Historiolog. class. 5. c. 95. n. 3. Guido Pap. Decis. Gratianopol. 90. Rosener. in Thesaur. L. 12. c. 14. n. 4. Bartol. in L. 1. n. 40. C. de Dignitat.*

Tum denique quia Canonice ad servitium Canonicabus præstandum sunt destinati, qui primitus tantum nomine Presbyterorum, non autem Canonicorum veniebant.

Audiantur hâc super re Autores, omni exceptione majores: in quibusdam (scribit Cardinalis de Vitriaco Anno 1220. tanto tempore ante Bonifacium in Historiâ Occident. cap. 13.) *Teutonicorum Alemannorum Provinciis, sunt Mulieres, quas Canonicas Seculares, seu Domicellas appellant &c. hæ siquidem adeo personas accipiunt; quod nisi Filias Militum, & Nobilium in suo Collegio nolunt recipere &c. Clericorum autem, & Puellarum, & Juvenum sibi ministrantium cineta sunt obsequia.* En Clericos seu Canonicos Mixtorum Collegiorum in numero ministrantium.

3tiò *Quia Canonicos habent pro suis Ministris.* Et loquendo in particulari de quibusdam Collegiis *Mixtis*. *Guicciardinus in Descript. Belgii pag. 507. de Abbatissâ Mixti Collegii Thorensis: Ita quidem, ut splendide prorsus, & magnificè vivat, Sacellanos, atque Canonicos, item alios minorum gentium Administratos ad Cultum Divinum alat.* En Canonicos in Catalogo Administratorum.

Nominatim in Collegio Thorensi, Adonensi, De eodem *Thorensi* Collegio *Myræus L. de Canonic. cap. 64. Quibus quidem Virginitas in Sacris obeundis SUBSERVIUNT sex Canonice Seculares.* Hem! *subserviunt.*

Idem *L. c. cap. 46. sic scribit: Porrò S. Bruno Archi - Episcopus Coloniensis.*

& Hannonia Reformator, **MONTIBUS** in Ecclesiâ B. Maria, qua S. Waltrudum dicitur, & **MALBODII** in Ecclesiâ S. Aldegundis, Saculares Præbendas Canonicales ordinavit. **ET IN DICTIS ECCLESIIS STABILIVIT ALIA COLLEGIA CANONICORUM, QUI DOMICELLIS SUBSERVIRENT.**

Idem cap. 47. singulatim de Canonissis Montensibus. Quibus quidem Canonici & c. ut Sacellani subserviunt.

Idem cap. 19. de Andennensi Collegio mixto: in primariâ autem Basilica refidet insigne Nobilium Virginum Canoniarum, quæ triginta sunt numero, Collegium: Quibus Canonici decem in Divinis subserviunt. Heus! heus! quoties Canonicos in albo subservientium reperis!

Guicciardinus in descript. Belgii pag. 456. de Montensi Collegio mixto: Ad didit Diva Gualtrudis & Canonicos aliquot; sed vix alii rei quam negotiis hujus Collegii procurandis. An Procuratores Dominis exæquamus?

Hinc ut Notat Molanus: Passim hujus Ordinis Canonica, suos Confratres vix alio loco habere dignantur, quam ut Sacellanos suarum Generosarum Dominationum; quamvis quædam inter eas sint Nuptiarum expectatrices, & Solicitrices. Quod, ait, ex eo capite fieri arbitror; quia Abbatissa Jurisdictioni subsunt libr. 1. de Canonic. cap. 15. ita Vanespen. J.E.V. part. 1. tit. 33. cap. 2. n. 21. Et Canonissarum Administratos, Subservientes, Procuratores, Sacellanos, ipsas Canonissis ex æquo componemus?

Certè ipsum Jus Canonicabus Canonicos mixtorum Collegiorum posthabet. C. Dilecta 12. de Majoritat. & Obedient. ibi: Cum ipsa plerumque Canonicas suas, & Clericos sua Jurisdictioni subjectos & c. & infra Mandamus quatenus dictas Canonicas & Clericos. Ubi vides bis ab ipso Pontifice Canonicas Canonicis præhaberi, præponique. Unde legitimo argumento deducitur, quod non tam suapte arrogantia, quam Juris communis privilegio, Canonicis Canonissæ præferantur; quia illis ab ipsomet Pontifice in textu præponuntur: Sicut Glossa in c. Constitutis 23. de Appellat. concludit, quod Grandensis Patriarcha de Jure communi præcedat Cardinalem; quia capitis illius superscriptio sic habet: Idem Grandensi Patriarcha, & S. Vitalis Presbytero Cardinali: Et sicut Glossa in c. 1. de Decimis, quia ejusdem capitis superscriptio sic habet: Gregorius nonus Fratribus Prædicatoribus, & Minoritis: colligit Prædicatores præferri Minoritis: ibi: Nota primò ex superscriptione quod Prædicatores præferuntur Minoribus.

Per Clericos autem c. dilecta de Majorit. & Obed. intelligi Canonicos, apud Canonistas in confesso est. Gloss. in c. dilecta cit. dum ait: agi ibi de Canonicis & Canonissis. Geminian. in c. Indemnitatibus. §. supradicta. n. 4. ibi: Quæro an cum istis Mulieribus possint esse Canonici Seculares? dicit Joan. Andrea: quandoque habitant permistim, & se remittit ad notata per se in c. dilecta de majorit. &

Andennens.

Aliisque passim.

Nu. 217. Ipsum Jus, Canonibus Canonicos in mixtis Collegis postponit.

Nu. 218. Præmittent, qui in Jure præponuntur.

Nu. 219. Per Clericos C. Dilecta de Majorit. & Obed. intelliguntur Canonici.



obed. in princ. Joan. Andr. in *c. Indemnitatibus de Elect. in 6. n. 3. V. Canonici Seculares.* ibi : *Qui etiam talibus (nempe Canonissis) sunt quandoque permitti, ut in c. dilecta. de majorit. & obed. in princ.*

Nu. 220.

Canonica
in Mixtis
Collegiis
digniorum
locum ob-
tinent.

Ob quæ nemo dubitare potest in mixtis Collegiis Primas Canonicabus deberi, tanquam Excellentioribus. Quod etiam disertis verbis pronuntiant Molanus & Myræus : hic Libr. de Canonicis cap. 14. de Nivellensi Cænobio ita scribens : *Modò est Capitulum utriusque Sexus, in quo Canonica, eaque Nobiles, & Seculares DIGNIOREM Locum obtinent ; & ille in Indice Sanctorum Belgii V.*

Nu. 221.

Canonica
in mixtis
Collegiis
passim etiã
numero
prævalens.

Sancta Gertrudis Virgo. ibi : *Nivella & c. modo est Capitulum utriusque Sexus, in quo Canonica eaque Nobiles, & Seculares digniorem obtinent Locum.*

Quod Molanus, & Myræus de Nivellensi Collegio mixto pronuntiârunt ; id de omnibus mixtis optima docet Magistra, Experientia.

Nu. 222.

Sunt Freckenhorsti
14. Canonissa præter
Abbatissã.
7. tantum
cum Decano
Canonici.

Quod autem non dignitate duntaxat, sed & numero Canonicis Canonice in plerisque omnibus Collegiis mixtis prævaleant, inductione facile evincitur.

Hoc ipsum, quo de tam acriter pugnatur, Freckenhorstense Collegium ; etsi præter Abbatissam quatuordecim recenset Canonissas ; Septenos tamen unã cum Decano, huic numero includendo, tantum numerat Canonicos. Bolandus in *Actis Sanct. Belg. in Vita Thiatilda in addend. ad 30. Januarii pag. 1156. n. 15.* Ibi : *Sunt autem Canonica præter Abbatissam XIV. septem Canonici unã cum Decano.* En Canonicarum numerus altero tanto major est.

Nu. 223.

Herisis
sunt plurima
Canonica ; duo
tantum
Canonici,
iique Curati.

Collegium Canonissarum mixtum Herisense (cui causæ præsentis actrix gloriosè præest) etsi præter Abbatissam, Præpositam, Decanam, Cantricem, plurimas alias habeat Canonissas ; attamen duos tantum exhibet Canonicos, eosque Curæ Pastoralis exercitio occupatos ; ut scires hujusmodi Canonicos Servitii Sacri potissimum causã Canonicabus adjectos.

Nu. 224.

Sunt Essendia 50. Canonica, 20. tantum
Canonici.

In Collegio Canonissarum Essendienti, non procul Freckenhorstensi, & Herisensi adsito ; fundatæ sunt Canonissæ omnino quinquagena, Canonici tantum viceni, Wex. in *Ariadn. Carol. part. 4. decad. 1. cas. 11. §. 6. n. 50.* ibi : *Fam Anno Christi 871. à Beato Alfrido IV. Episcopo Hildesensi, fundata, consecrata, & dedicata erat ea Ecclesia, in favorem quinquaginta Illustrium, & Generosarum Personarum, ex Augustâ Ducum, & Comitum & c. Stirpe Natarum, & viginti Canonicorum.* En numerum Canonissarum teliqui altero majorem.

Nu. 225.

Nivella
fuere 42.
Canonissa,
30. solum
Canonici.

In Collegio Nivellensi præter Abbatissatum sunt Præbendæ 72. Vanespen. *part. 1. tit. 33. n. 11.* Et tamen illic tantum Canonici sunt Triceni. Guicciard. in *Descript. Belg. pag. 353.* Ergo præter Abbatissam illic fuere Canonice 42. quanto, si eas ad Canonicos referas, excessu ! numerus tamen hic temporum injuriã accisus videtur. vid. num. 129.

De Collegio Andennensi scribit Myræus L. de Canonic. cap. 19. *In primariâ autem Basilica residet insigne Nobilium Virginum Canonicarum, quæ triginta sunt numero, Collegium, quibus Canonici decem in Divinis subserviunt.* En Canonicarum hic numerus, duplo major est.

De Collegio Secanico Testis est Bruschius in Chronolog. Monasterior. pag. 530. *V. Secanis: Seccingense Cœnobium inchoatum, octôque Canonissis, & quatuor Canonici fundatum.*

Numerosissimum est à Canonicabus Thorense Collegium, & tamen sex tantum alit Canonicos. Myræus libr. de Canon. cap. 64. *Quibus quidem Virginitibus in sacris muneribus obeundis subserviunt sex Canonici Seculares.* De splendore hujus Collegii vid. N. 180.

Plurimas teste experienciâ habet Canonissas Collegium *Borghorstenense*, & tres tantum Canonicos.

Plurimas recensent Canonicas Collegia Diekirchianum, Eltinentse, Novesiense, Susterense, Vredense, Willichianum, aliâque (quæ singulatim referre longum foret) complurima. Et tamen si in eorum Canonicos inquiras,

Apparent rari Nantes in gurgite vasto.

Nempe Collegia isthæc primariò pro Sexu Femineo, Nobilique sunt fundata; qui Sexus cum ad cultum divinum indigeret Officiis masculinis, additi sunt (per modum Mantissæ, & Auctarii loco tanquam Sacellani, secundariò quidem) Presbyterii plures, vel pauciores, pro Fundatoris arbitrio. Hi autem Presbyterii successu temporis

(Quid non longa dies, & seri invertitis anni)

quando à communi vitâ recessum est per Canonissas, & ipsi communitati vâle dicto, *Canonicorum* sibi nomen indiderunt. Audi Vanespenum J. E. V. part. 1. tit. 33. n. 20. ita de hujuscemodi Canonicis & Canonicabus loquentem: *Habebant, qui Canonicabus Sacra ministrarent, eaque exequerentur, quæ Ordo Ecclesiasticus Sexui femineo non permittit. Hi primitus etiam ex communibus Monasterii bonis alebantur. At dum Canonica ad vitam secularem transiêre, etiam ipsi Presbyterii sensim in Canonicos seculares transiêrunt.*

Confirmantur hæc ex primogeniâ hujus ipsius, de quo tam acriter controversatur, Collegii Freckenhorstenensis *Fundatione*, olim in causâ Dominorum zur Mühlen & Geisberg per Rotam canonizatâ. Certè ex *Fundatione* illâ luculentè patet, nec primitus Freckenhorsti Canonicos, sed simplices Clericos fundatos; eosque nequaquam ad Electionem Abbatissæ (quæ penès solum Sexum femineum stabat) vocatos fuisse de simplicibus Clericis, seu Sacerdotibus Freckenhorsti fundatis, constat ex illis *Fundationis* verbis: *Filios & Filias nobis adoptamus: Filios quidem Sacerdotes Dei altissimi cum Diaconibus, quorum Luitoldus Senior Primi-*

Nu. 226.
Andenna

30. Canonica, 10. duntaxat Canonici.

Nu. 227.
In Collegio Secanico 8.

Canonissa, 4. Canonici.

Nu. 228.
Thora tantum 6. Canonici.

Nu. 229.
Borghorsti tres solum Canonici.

Nu. 230.
Pleraque Collegia plurimas Canonissas, paucos habent Canonicos.

Nu. 231.
Quando Mixtorum Collegiorum Clerici sine facti Canonici.

Nu. 232.
Freckenhorstana Fundatio Clericis suis, nec nomen Canonici, nec jus dat eligendi Abbatissam.

cerius erit. *Venturis diebus eterno Deo oblationem facient pro remedio salutis animarum nostrarum.* Et infra: *Luitoldus habitabit in domo Curtiferi Stauffen: reliqui Sacerdotes cum Diaconibus, habitabunt in casis in strata versùs Hotmar.*

Nu. 233.
Ius mixto-
rum Colle-
giorum
Mares,
Clericos,
non Ca-
nonicos
evocat.

Quæ ibi mentio *Canonicorum* & solas autem Feminas à Fundatione ad Electionem Abbatissæ Freckenhorstensis vocari, verbis istis liquidissimè constat: *Adoptamus filias ingenuas &c. post mortem meam prefigimus ipsis Thiatildam, Dei famulam, qua ipsas regat: quâ decedente NB. SORORES (omittuntur hic Presbyteri & Diaconi) ALIAM &c. ELIGANT,* & infra: *Thiatilda, aut illius in perpetuum SUCCESSORES à SORORIBUS ELIGENDÆ.* En solæ Sorores & Feminæ vi Fundationis Freckenhorsti, non autem Presbyteri & Diaconi eligunt; ut scias illos primitus haud fuisse Canonicos, utpote voce in Capitulo carentes, sed fundatos, ut *Eterno Deo Oblationem faciant, pro Remedio salutis animarum* pro Fundatoribus, & Virginibus Canonicabus in Divinis subserviant. juxta Num. 219.

Nu. 234.
Collegia
hujusmodi
à digniore
& numero-
sore Cano-
nicarum
parte. Col-
legia Ca-
nonissarum
vocanda.

Et hinc Gregorius nonus circa Annum 1230. quando jamtum Presbyteri in Seculares Canonicos evaserant, vide Num. 218. Nomenque Canonicorum usurpabant, eos non Canonicorum dignatus est Nominè in *C. Dilecta de Major. & Obed.* sed simpliciter *Clericos* appellavit, ibi: *Cùm ipsa plerumque Canonicas suas, & Clericos &c.* Et infra: *Mandamus, quatenus dictas Canonicas & Clericos &c.*

Ex quibus omnibus quàm clarum est, Canonicas Canonicis in Collegiis mixtis Dignitate peræquè ac numero antestare, tam consequenter evidens est, isthæcce Collegia à digniore & potiore parte Canonicarum dijudicanda, adeoque indubitatè Dispositioni Capituli *Indemnitatibus*, freudentibus etiam Adversariis permitenda esse.

S. QUARTI ARTICULUS QUINTUS.

Deducit decimam, & undecimam Rationem.

Nu. 235.
Mixtum
regulatur à
simplici si
ab hoc ori-
ginem tra-
hat.

Ratio decima: Quando Mixtum habet Originem suam à simplici, regulatur à simplici; *Tuschus litt. M. concl. 2927. n. 10.* Rem enim à suâ Origine metimur. *L. id quod 33. ff. de donat.*

Sed Collegium Freckenhorstense, quod juxta primogeniam Fundationem solas Sorores ad Electionem Abbatissæ vocabat juxta Num. 232. ab origine primâ erat formaliter simplex. Dico formaliter simplex; quia licet ab origine primâ Freckenhorsti jam adessent Presbyteri, qui Canonicabus inservirent, lidem tamen
cùm

cùm Canonici non essent ante desertam à Canonicabus communitatem, nec eligerent Abbatissam, nec constituerent cum Canonissis Capitulum; formali Capituli simplicitati non officiebant.

Ergo saltem Abbatissa Freckenhorstensis, utpote Collegii ab origine primâ simplicis, adeoque regulandi jure simplicium, necessariò debet esse *Tricenaria*; cùm ipsi Adversarii concedant Abbatissas simplicium Collegiorum subjectas esse *Capiti Indemnitatibus*.

Ratio undecima (quæ cum præcedente specialiter tenet in Collegio Freckenhorstensi) non est Collegium Freckenhorstense tam judicandum juxta Regulas, & Leges, quæ de *Mixto*, quàm quæ de *Principali* & *Accessorio* circumferuntur; quia ex Fundatione Freckenhorstensi Num. 232. citatâ patet, quòd Capitulum Freckenhorstense, in quo vi Fundationis solæ Sorores ad Electionem Abbatissæ vocantur, primitus constet ex Sexu feminino solo, cui postea accesserunt Mares, in partem juris eligendæ Abbatissæ admissi, & ex simplicibus Presbyteris in Canonicos transformati, eo utique tempore, quo per Canonissas à vitâ communi ad singularem saltus est factus, de quo tempore ita loquitur celeberrimus Antiquitatis Indagator Vanespen J. E. V. part. 1. tit. 33. c. 20. *Habebant Presbyteros, qui Canonicabus Sacra ministrabant, eaque exequerentur, quæ Ordo Ecclesiasticus Sexui femineo non permittit. Hi primitus etiam ex communibus Monasterii bonis alebantur. At dum Canonice ad vitam singularem transiêre, etiam ipsi Presbyteri (scilicet antecedenter nequaquam Canonici, sed simplices adhuc Presbyteri) sensim in Canonicos Seculares transiêre.* Ex quibus inferri videtur, quòd omnia pro Canonissis fundata Collegia non antè facta sint formaliter duplicia, seu mixta, quam quando eorum simplices Presbyteri, derelictâ à Canonicabus communitate, *Canonici Seculares* & membra Canonissalium Collegiorum evaserunt. Quo in Systemate Collegia pro Canonissis fundata à primâ origine non formaliter quidem, sed tantùm *fundamentaliter duplicia* & *mixta* fuissent. *Fundamentaliter*, inquam, quòd ab origine primâ tantùm *Duplicitatis* & *Mixtura* fundamentum haberent, in suis simplicibus Presbyteris, olim in Canonicos & in partem Collegii transiuris.

Sed quidquid sit de hoc Systemate circa alia Canonissarum Collegia (quod hîc examinare non attinet) id certò obtinet circa Freckenhorstense: in quo licet Presbyteros, nec Canonicos, nec Electores Abbatissæ faciat *prima Fundatio*; tales tamen secuta effecerunt tempora. Unde saltem in Freckenhorstensi Collegio (quidquid sit de aliis) Canonissæ sunt *Principale*, Canonici *Accessorium*; nam dicitur *principale id, cujus species major est. L. 19. §. 13. ff. de Auro & Argent. legat. Et potentior. L. 32. §. 1. eod. Et cujus rei ornanda (seu, ut Veteres legunt, ordinanda) causâ res altera adhibetur, Rosener in Thesaur. L. 1. c. 2. n. 10. V. Declaratio.* Quàm hæc omnia quadrant Canonissis, revidere hujus Paragraphi 4ti totum Articulum 4tum.

Nu. 236.

Freckenhorstense

Collegium

ab initio

simplex

fuit.

Nu. 137.

Freckenhorsti non

Regulis

Mixti, sed

Regulis de

Principali, &

Accessorio non

dum.

Nu. 238.
Quid Prin-
cipale,
quid Ac-
cessoriū
dicatur.

Propriè autem *Accessionum* nomine tantùm ea veniunt, qua extrinsecùs accedunt. *Hottom. in Lexico. Accessorium* verò idem est, quod *Accessio*. *Schardius in Lexico. & denotat id, quod Principali accedit seu adjungitur, teste Spigel in Lexico. Rosener loc. cit.*

Ut hæc conveniunt *Freckenhorstensis* saltem *Canonicis* ! qui è simplicibus *Presbyteris*, extra *Capitulum & Jus Vocis positis*, successu temporis *Canonici facti*, *Canonissis* numero majoribus, potentioribus, dignioribus ad *Collegii ornatum* sunt superadditi.

Jam autem notissimi & tritissimi *Juris* est, quòd *Accessorium sequatur naturam sui Principalis*, *Cap. Accessorium 42. de R. 7. in 6. L. Etiam si 8. C. de jure dot.*

Nu. 239.
Accessoriū
sequitur
naturam
Principalis,
etiam in
Pœnali-
bus, Cor-
rectoriis,
& Exor-
bitantibus.

Etiam in *POENALIBUS, CORRECTORIIS, & EXORBITANTIBUS.* *Aym. Cravet de Antiq. tempor. p. 4. §. videamus modò n. 36. Nicol. Everhard. in loco à ration. Legis larga, n. 14. Villagut. de extensione Legum Corrector. & Pœnal. simul n. 266. Rosener in Thesaur. L. 1. c. 20. n. 9. vers. hinc etiam.*

Quare quamvis fingeremus *Dispositionem Capituli Indemnitatibus* esse *Pœnalem, Correctoriam, Exorbitantem,* & tamen æquè comprehenderet *Collegia*, in quibus (ut *Freckenhorsti*) *Canonissæ* sunt *Principale*, & *Canonici Accessorium*; quàm ea, in quibus solæ degunt *Canonissæ*.

Adde, quòd idem sit de *Principali & Accessorio* *judicium.* *Hieronym. de Monte Tract. de Finib. Regund. c. 5. n. 13. Rosener loc. cit. num. 10. vers. Est hæc Regula.*

Nu. 240.
Hinc cum
Canonissa
sint Prin-
cipale, Ca-
nonici Ac-
cessorium,
totum Col-
legium re-
gulatur
jure Cano-
nissarum.

Ergo ut *Collegia simplicia Canonissarum* subjacent *Capiti Indemnitatibus* secundum *Adversarios*, ita & ista, in quibus *Canonissæ* (ut *Freckenhorsti*, imò ubique) sunt *Principale; Accessorium* *Canonici.*

Sphi QUARTI ARTICULUS SEXTUS.

Duodecimam de Mixto, & ultimam tractat Rationem.

Nu. 241.
Attenden-
da hic so-
lùm Ele-
ctio passi-
va, qua
utique sim-
plex est.

Ratio *duodecima* : Cùm hic præcisè agatur de *Electione passivâ*, solùmque examineretur, quam ætatem habere debeat *Eligenda*, quæ semper est *Femina*; sitque *Electio passiva* solius *Feminae* indubitatè semper *simplex*; impertinens est, & obtorto (quod ajunt) collo huc tracta objectio, aut potiùs cavillatio de *Mixto*; nam hic solæ qualitates respiciendæ sunt, quæ concernunt *Personam eligendam*; sicuti si ageremus de *Electione activâ* præcisè, considerandæ forent qualitates, quæ eli-

Eligentes concernunt. Et hinc *Gloss. in C. Indemnitatibus §. Sanè in V. Non obstante*, rectè iudicat, quòd si Femina eligant in Collegio mixto v. g. Priorem, Electio passiva, & persona electa non sit regulanda jure Capituli *Indemnitatibus*; quia Persona eligenda non est Femina, sed Mas, & Mas ad Regimen non indiget triginta annis: Electio autem activa Feminarum reguletur Capite *Indemnitatibus*, ita ut Eligentes debeant esse professæ, legitimæ ætatis, possint accedere, collationem zeli ad zelum omittente, & his similia.

Imò si mixtim eligant Canonissæ & Canonici Abbatissam, Mixtura illa non impedit, quò minus Electio activa Canonissarum, quatenus à Canonissis procedit, reguletur jure Capituli *Indemnitatibus*, ut expressè decidit Rota in Magistrali illà Decis. 17. post Tamburinum de Jure Abbat. in Leodiens. Abbatissatûs n. 7. 8. & 9. ibi: *Quod procedit etiam in Electione Abbatissæ, quæ faciendâ est à Mulieribus simul cum Masculis*, ut tradit Joann. Andr. in d. C. *Indemnitatibus*. sub num. 3. *V. Canonici. Et Geminian. in §. supradictâ n. 4. qui dicunt prædictum textum habere locum, etiam quando Canonici Seculares adsunt simul cum Mulieribus. Et bene facit, QUOD CONSTITUTIO, ETIAM EXORBITANS, DISPONENS DE RE SIMPLICI EXTENDITUR AD ACTUM MIXTUM*, quantum ad illas qualitates, quæ concernunt Personas facientes actum simplicem, prout illa qualitates interveniunt in actu mixto. Quidquid dicendum sit, quantum ad qualitates, quæ respiciunt alias personas, quæ faciunt actum mixtum, ut post *Glossam in dicto §. sanè in V. non obstante circa finem*, declaravit Geminianus sub num. 7. vers. nota optimam glossam. Et hoc maximè quoad computanda vota Mulierum, in quibus ratione quâdam speciali constitutum est, ut attendatur solus numerus; non autem zelus, nec meritum, ne, ut dicit Joann. Andr. in d. C. *Indemnitatibus* num. 3. (quem ibi sequuntur Anchar. in vers. 18. Nota Geminian. §. si qua. vers. ut autem) ad invicem sibi inferant opprobria, & convitia, revelando ipsarum secreta. Que ratio quo ad ipsas feminas eligentes militat in Electione Abbatissæ, si unâ cum illis Masculi interveniant, præsertim in hoc casu Virorum. arg. L. queritur ff. de statu homin. Ergo multò magis Electio passiva, quæ omnino simplex est, & respicit solam Feminam, quando præcisè de ejusdem qualitatibus, & præsertim de tricennali ætate est quæstio, regulanda erit jure Capituli *Indemnitatibus*.

Nu. 242.
Mixtura
Collegii ne-
quidem
activam,
quæ certò
est mixta,
Capiti In-
demnit.
suberabit,
multò ergo
minus
passivam,
quæ sim-
plex est.

Nec Mixtura Virorum, & Mulierum, quæ in solâ Electione activâ est, Electionem subtrahere poterit Dispositioni Capituli *Indemnitatibus*; cum usque ad eò illa Mixtura nequidem ipsam Electionem activam, in quâ tamen intervenit, quatenus respicit qualitates Eligentibus Mulieribus præscriptas, dispositioni Bonifacianæ subducatur.

Confirmatur primò: secundùm prædictam Decisionem Rotalem (quæ in hac materiâ Magistralis est) *CONSTITUTIO ETIAM EXORBITANS, disponens*

nens de re simplici, extenditur ad actum mixtum, quantum ad illas qualitates, quæ concernunt personas facientes (per se præcisè) actum simplicem, prout illæ qualitates interveniunt in actu mixto. Hinc licet Femine in eligendo concurrunt cum Viris, tamen possunt post Electionem accedere ad Electam ab aliis; item non erit adhibenda *Collatio zeli & numeri*, non obstante, quòd in his duobus Capitibus Dispositio *Capitis Indemnitatus* exorbitans sit, & certè correctoria veterum Jurium, ut expressè docet *Gloss. in Cap. Indemnitatus in fin. l. in multis, & V. Additio dic plenius.*

Fac ergo, vel finge, Caput Indemnitatus circa præscriptam 30. annorum ætatem reverà esse correctorium Juris, reverà esse exorbitans; nihilominus tamen cum illa qualitas Tricennalis ætatis respiciat solùm Abbatissam eligendam, quæ utique utpote Persona simplex mixturam non inducit, sed omnimodam simplicitatem; extendet se ad actum etiam mixtum Electionis à Feminis & Viris factæ, quoad illam qualitatem, quæ concernit Personam Electæ, omnino simplicem; imò cum illa qualitas se tantùm teneat ex parte Electionis passivæ, & passiva Electio sit simplicissima, non hinc versamur in casu Mixto, sed simplice, adeoque hinc Dispositio Capitis Indemnitatus plenè intrat.

Nu. 243.
S. Congregatio & Rota Electionem Munsterbilsensem subjecerunt Cap. Indemnit. non obstante Mixturâ.
Nu. 244.
Exploditur Wamesius singularis, S. Congregationi Rota, Responsis binarum Universitatum, & unanimi Authorum sententia contrarius.
Nu. 245.
Wamesius agit de Electione Decani non Abbatissa.

Confirmatur secundò fortissimè, & ad plenam victoriam fortissimè: Rota, & Sacra Congregatio in Decis. 17. post Tamburinium abjudicant Abbatissatum S. Amoris Munsterbilsensem Ellsæ (etsi, ut Num. 7. illius Decisionis liquet, Electio facta sit à Canonissis & Canonicis Munsterbilsensibus) ex eo præcisè, quòd Ellsæ non fuerit triginta annorum juxta *C. Indemnitatus*, ut fusè ostendi à Num. 62. Ergo corruiat idolum illud, quòd hæctenus ex mixto fabricârunt, & veritati opposuerunt Adversarii; manifestumque est, Mixturam non officere Capiti *Indemnitatus*.

Atque ob duodenas has Rationes intrinsecas (à quibus proposita Veritas illustrior est, quàm à duodenis signis suis Zodiacus) non miror amplius, quòd tam unanimiter & binæ Florentissimæ Universitates Colonienfis & Trevirensis, & gravissimum Rotæ Tribunal in Leodiensi Abbatissatûs sæpe cit. alibique, & S. Concilii Congregatio, & Authores quarumcunque Nationum univèrsi in eo conspiciunt, quòd mixta Canonissarum Collegia Dispositioni *Capitis Indemnitatus* S. penult. indubitatè sint subiecta.

Nec audiri quidem meretur in contrarium Wamesius, quem unum unicum post excussas tot Bibliothecas, post evolutos tot Authores, Quinque-Viri Westeholici pro se citant *de Jure Pontificio Cons. 20.* nam primò Wamesius illic non de Electione Abbatissæ, sed de Electione Decani, scilicet Nivellenfis, agit. Et Nos ultrò damus, quòd talis Electio non sit subiecta Dispositioni *Capitis Indemnitatus*; sed quid tum? de *Jove* ille, Nos de *Junone* loquimur.

Secundò contradicit sibi ipse in isto Consilio Wamesius, dum Electionem Decani

ciani

cani subtrahit Dispositioni Capitis *Quia propter*. de Elect. & Capitis Indemnitati-
bus, quod facta sit à Collegio mixto; quasi verò hæc Jura non agant de Electione
 Collegii mixti, dum tamen Num. 2. hujus suæ rationis immemor Electionem
 Abbatissæ ejusdem mixti Collegii Nivelensis Dispositioni Capitis *Quia propter*
 subjicit. Ibi: *Cùm igitur in utriusque Sexûs Collegiatâ istâ Ecclesiâ S. Gertrudis*
Nivelensis principalis, & primaria Dignitas sit ipsa Abbatissalis Dignitas &c. in
cujus Electione ob id etiam observari solet forma dicta Conciliaris Constitutionis.

Nu. 246.
 Wamesius
 sibi ipsi
 contrarius.

Nam si tenet generalis ratio Wamesii, quod Caput *Quia propter* & Caput *In-*
demnitibus non extendant se ad Electiones Collegiorum mixtorum, quia casus
 mixti pro omissis habentur, æquè Caput *Quia propter* in Collegio mixto se non
 extendet ad Electionem Abbatissæ quàm Decani, quia vel utrobique, vel neutriubi
 obstat Mixtura. Authori autem sibi met ipsi contradicenti quantum deferen-
 dum sit, quis nescit?

Tertiò: Wamesius non obstante Mixturâ subjicit Electionem Abbatissæ Nivel-
 lensis Capiti *Quia propter*, ergo eandem pariter subjicere debet Capiti *Indemnitati-*
bus, quia nulla ratio dari potest, cur Mixtura officiat magis Capiti *Indemnitati-*
bus, quàm Capiti *Quia propter*. Si autem Wamesius Electionem Abbatissæ
 in mixto Collegio Nivelensi subjiciat Capiti *Indemnitibus*, subjiciet pari modo
 Electionem Abbatissæ in mixto Collegio Freckenhorstensi. Quod si faciat, à
 nobis stat, non ab Adversariis Wamesius.

Nu. 247.
 Wamesius
 in suis
 principiis
 debet Colle-
 gia mixta
 Cap. In-
 demnit.
 subdere.

Quartò: errat Wamesius, dum dicit, Electionem Decani in Collegio mixto
 non pertinere ad C. *Quia propter* cit. Rota enim in Decis. 296. per totam part. 19.
 contrarium decidit, dum contra sensum Wamesii firmavit ibi in Electione Deca-
 nissæ servandam esse formam *Capitis Quia propter* cit. An errantem sequemur?

Nu. 248.
 Error Wa-
 mesii.

Quintò: in Consilio illo 20. Wamesius non *decisive*, sed *consultive* locutus est.
 Nempe naufragæ Electioni quancunque tabulam (ut in naufragiis fieri assolet)
 Wamesius porrigere voluit: *valeat, quantum valeat*. Scimus autem, quan-
 tum privatorum Jurisconsultorum Consiliis sit deferendum; quæ passim non tam
 Veritati & Justitiæ, quàm gratiæ elaborantur.

Nu. 249.
 Wamesius
 locutus est
 consultive,
 non deci-
 sive.

Rectè ait Cothman 3. Conf. 38. n. 332. *Experientia testatur, Consilia &*
Responsa plerumque amore magis eorum, qui ea expetunt, quàm Veritatis & Justi-
tia dari.

Nu. 250.
 Quàm pa-
 rum pri-
 vatorum

Rectè Joseph Lud. conclus. 12. circa fin. *Doctores, inquit, nostri, dummodo*
superlucrentur, scribunt pro quâ parte ab illis Consilium petitur; & eam partem
defensare conantur, sive justè, sive injustè; quia DD. sape aris magis, quàm cha-
ritatis studio ducuntur in consulendo.

Conful-
 tationi-
 bus &
 Responsis
 deferendum
 & quare.

Rectè Joan. Surdus in *Præfat. 1. Vol. Conf. Vers. Equidem: Quæ in Responsis*
dicuntur, non satis fidei apud prudentes Judices habent, quod non omnibus semper
Veritatem assequi; sed non fundatis, & non admodum consistentibus argumentis,

deli-

deliniendo, eam, quæ magis ex re litigatorum esset, sententiam tueri, cura fuerit.

Unde bene & rectè judicare volentem non nuda Juris-Consultorum Responsa, quæ pro dolor! hodie nimis leviter, & ut ille agebat, superficialiter, non medulliter conduntur, sed mandata ac Leges Divinas, & humanas intueri, atque sequi oportet. Rosener, in Thesaur. L. 3. c. 119. n. 3.

Nu. 251. Quæ tamen de privatorum lictorum, minimè autem de integrorum Collegiorum, & Florentissimarum Universitatum Responsis intellige; quia pro Collegiorum Responsis stat præsumptio. Klock. in Epistol. Dedicatoria Tom. I. Consil. §. 20.

Unde incidenter colliges, quid Wamesii, privati Doctoris Consilio, si fortè nobis contrarium sit; quid contra duarum Universitatum Florentissimarum concordii, nostræque Sententiæ subscribenti Responsò sit tribuendum.

Nu. 252. Sextò: tantùm valet Author, quantum ejus, quam allegat Ratio; quia Autoritatibus eatenus creditur, quatenus allegant, & lege vel ratione probant cap. Qualliter 24. de accusat. Nec spectandum quis, sed quid dicat. C. Intelligentia. de verbor. signif. Can. secundum 8. dist. 19. jam autem Ratio, quam allegat Wamesius loc. cit. ex triplici capite, est evidenter falsa, adeoque totidem titulis nulla; nam evidenter falsum est, quòd mixta Canonissarum Collegia non vocentur simpliciter Collegia Canonissarum, sic enim hujusmodi Collegia quotidie simpliciter appellari demonstravi à Num. 202. & à num. 209.

Nu. 253. Wamesii Ratio ex triplice Capite vacillat. 2dò: evidenter falsum est, quòd de Collegio Canonissarum composito vel mixto, nihil capite Indemnitatibus cautum sit; nam cum tempore illo quo caput id conditum est, pleraque omnia Canonissarum Collegia, (ut evici num. 150.) imò omnia omninò, quæ à primâ origine pro Canonissis fundata fuere (vide num. 193.) mixta fuerint; de mixtis capite Indemnitatibus omnino, imò potissimum actum esse necessariò sequitur v. num. 194.

3tò: evidenter falsum est quòd C. Indemnitatibus. & C. Quia propter. in Mixto Nivellensi non teneant; potissimum quod in hac Ecclesiâ potior sit Sexus Mulieris; nam è contrario mixtum sequitur naturam sui simplicis Potioris magis digni, potentioris, prævalentis, ut fusè præbavi à num. 215. Et hinc, quia in mixto Collegio Nivellensi, & Freckenhorstenensi omnibusque mixtis (ut probatum est à num. 216.) Canonissæ potiores, magis dignæ, potentiores sunt, & prævalentes; ad C. Indemnitatibus pertinent. Nulla igitur est Ratio Wamesii; per consequens nulla in hoc puncto Wamesii Autoritas.

7mò: unicæ & falsissimæ Wamesii Ratiunculæ, duodenas, quas supra fusiusculè deduxi, solidissimásque oppono rationes.

8vò: una Hirundo non facit Ver; Unus testis, nullus Testis. Unicus Wamesius

Nu. 254. Falsa Wamesii Ratiuncula, duodena

mefius

Wamesius, si (quod tamen valdè dubitatur) se nobis opponeret; quid tum?
nam

9^{no}: non est tam absurdum deliramentum, quod Defensorem non inveniatur, ut ait Varro: nec est mendacium tam impudens quod assertorem non habeat, ut dixit Plinius teste Valentino Mangionio in Auctario Apologia pro Votor. solemnitate in fine. In illâ ergo hypotheli (falsâ an verâ, parum curo) quod Wamesius contra nos, pro Adversariis faciat gloriantur, per me licet, Adversarii, quod sua sententia non minore gaudeat prerogativâ, quàm absurdissimum quòdque deliramentum, vel impudentissimum mendacium; dum æquè ista, saltem unum unicum Defensorem habeat, & Assertorem. Interim ego

Decimò: bono isti, & unico Belgæ Wamesio (qui tamen, si rectè intelligatur, nostram magis; quàm Adversariorum stabilit sententiam) præter Zypæum Vanespenum, Belgas; totius Belgii immemorabilem praxin (quam probavi à n. 123.) adcoque totius Belgii unanimem consensum; & præterea

Undecimò: Duarum Florentissimarum totius Germaniæ Universitatum conforme Responsum, item Magistralem Rotæ Romanæ Sententiam in Leodiensi Abbatissatûs, in causa Electionis Munsterbillsensis dudum editam; item geminam ejusdem Rotæ Decisionem, in hoc ipso Freckenhorstensis Electionis Negotio, primitus (dum suis adhuc duntaxat momentis, & meritis hæc causa libraretur) emanatam; nec non irrefragabilem, duplicatamque Sacræ Congregationis Declarationem, ac denique unanimum, omnium aliorum Autorum, Germanorum, Belgarum, Lotharingorum, Gallorum, Italicorum, Hispanorum &c. &c. indubitatamque oppono Sententiam. In quibus circumstantiis, etsi solus & unicus nobis obstreperet Wamesius; nihilo tamen seciùs.

Duodecimò & ultimò: Moraliter evidens, & inconcussa maneret Sententia nostra; cum censeatur satis ceriò & clarè constare de Mente Legislatoris, & sensu Legis, quando circa talem Materiam omnes aut FERE omnes Interpretes aut Autores conveniunt. Ut ex W^rex aliisque evici num. 34. Quare, ut ad Romanorum Advocatorum Quincuncem, me convertam,

I nunc; de Mixto cane Magna Crepundia! majus

Edere non poteras simplicitatis opus.

Sed jam prima mei pars est exacta laboris, (a) quo Adversariorum figmenta refuto, convello, proculco, dissipò, exhibilo.

(a) Ovidius.



0 3

opponitur solidissima Rationes.
Nu. 255.
Singularitas Wamesio obstat,
Nu. 256.
Nil tam falsum, quod non Defensorem habeat

Nu. 257.
Unico Wamesio opponitur praxis totius Belgii, triplex Sententia Rotæ, duplex Declaratio Sacræ Congregationis, binæ Florentissimarum Universitatum Responsum unanimes denique aliorum Autorum ex omni gente consensus.
Nu. 258.
Non obstat Wamesius quin Sententia nostra certa sit, & evidens.

CAPUT

CAPUT II.

Refellitur altera Objectio de Monasterii
Vocabulo.

Quod in Ludo Latrunculorum ad extrema redactis factitare in more positum est; nempe ut infelices Lufores post consumptas copias plerasque, Adversarii se triumpho subducturi, in bilateralem angulum, tanquam ad sacrum Aylum (unde jam in hoc, jam in aliud latus, ut fert necessitas, procurrant) sese recipiant; id sanè perquam bellissimè imitantur Advocati Romani Westerh. dum in desperato hoc, & conclamato ludo, post geminas Rotaes Decisiones, sibi contrarias, tandem ad *MONASTERII* angulum recurrerunt, inde jam in latus *MIXTI*, jam in alterum latus prætextæ *contrariae consuetudinis*, prout premuntur, procurfuri. Sed jam *latus Mixti*, insolubilibus præclusum est argumentis; ex angulo Monasterii, eos nunc jam, quàm levi, tam brevi labore ejiciam, paulò post toto campo depellendos.

Ne autem ignores, quòd Argumentum Adversarii dicam an Frivolarii? ex nudà *Monasterii* voce procudant; ità (Mecastor ingeniosè) argumentantur, vel veriùs *arguantur*: Bonifacius VIII. expresse egit de *Monasteriis* Canonissarum Secularium; nam *C. Indemnitatibus. §. Supradicta de Elect. in 6to* dicit: *Supradicta siquidem nedum in Monasteriis, in quibus sunt Moniales &c. sed etiam in illis (subintellige Monasteriis) ubi sunt juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres, quæ nec proprius renunciant, nec Professionem faciunt Regularem; sed vivunt, ut in Secularibus Ecclesiis, Canonici Seculares.* ergo Bonifacius agit de *Monasteriis*. Confirmant primò, & dicunt: Bonifacius suam dispositionem voluit præcisè comprehendere *Monasteria* Mulierum, & non extendi ad alia Virorum *Monasteria*: patet ex §. ult. cit. *C. Indemnitatibus*: *ad hæc licet præmissa, quæ in multis à jure communi discrepare noscuntur, circa Electiones in quibuslibet Mulierum Monasteriis faciendas, ex certis causis rationabilibus, specialiter duxerimus statuenda, intentionis nostræ tamen nequaquam extitit per illa quoad Electiones, in aliis Virorum Monasteriis, vel quibusvis Ecclesiis celebrandas aliquid immutetur.*

Confirmant secundò: & dicunt: ex præfatione d. *C. Indemnitatibus*, liquet, quod Papa præcisè de *Monasteriis* agat: ibi: *Indemnitatibus Monasteriorum &c. occurrere desiderabiliter affectantes, statuimus, ut cum in EIS fuerit Electio facienda &c.*

Sed, pergunt, Collegium Freckenhorstense, in quo *singulatim*, & *seorsim* habitatur, viviturque, Teste Godefrido Henschenio in *Act. SS. Belgic. in addendis*

Nu. 259.

Adversarii ab Argumento Mixti, ad nudum

Monasterii vocabulum, & subinde ad prætextam

Consuetudinem, frustra recurrunt.

Nu. 260.

Proponitur Adversariorum Achilles, vel potius Cavillus, ex nudà Monasterii vocabula, petitur.

dendis ad 30. Januarii in Vita S. Thiatildis n. 15. 16. ad sinistrum Templi latus jacet vetus, & amplum Claustrum Canoniarum, ubi quarundam sunt Domicilia aliarum, uti & Abbatissæ, circum Chorum; NON EST MONASTERIUM. Nam in Monasterio vivitur communiter, habitatur communiter, estur in uno Refectorio, laboratur in una Officina, dormitur in uno Dormitorio: verbo: in MONASTERIO servatur vita communis, cujus ne vestigia amplius Freckenhorsti sunt reliqua. Ergo cum capite Indemnitatibus agatur præcisè de Monasteriis: & Freckenhorsti non sit Monasterium, Capite Indemnitatibus haud agitur de Freckenhorstensis Collegii, similiúmque Abbatissis. Ita Adversarii, quam streperam, & vocalem; tam frivolam, & inanem, de nudâ Monasterii voce litem moventes; quibus rectè applicaveris illud: Grammatici certant: & adhuc [quod dolenter referimus] sub Judice lis est. Certè hanc Objectionem tota Germania, Belgium totum, tota Lotharingia, evidentis falsitatis conscia, pleno splendore rident; eaque tam futilis est, ut ipsi Advocati Romani, eâ in primis conflictibus, ne uti quidem ausi fuerint; útque ne unicus quidem, ex omnibus Autor allegari, vel per speciem possit, qui CANONISSARUM SINGULATIM VIVENTIUM (ut omnes omnino Seculares Canonissæ singulatim vivunt) Collegia, eo titulo à capite Indemnitatibus excluderet, quod Monasterii nomen non ferant. Quare cum hâc potissimum objectione S. Rota Romana in Monasteriensi Abbatissatibus Luna 4. Februarii Anno 1732. coram R. D. M. Aldovrando, in contrariam Sententiam per Patronos Westerholt. inducta sit, objectionem istam Responsonibus quâ indirectis, quâ directis [quas charitatis & melioris ordinis causâ per diversos sphaos proponam] impræsentiarum ita retundam, convellam, dissipabo, ut appareat eam ipsâ inanitate esse inaniorem.

§. PRIMUS.

Indirectis Responsonibus Objectionem, de Voce Monasterii, refellit.

Siverum est, quod Collegia Canonissarum Secularium singulatim viventium, dici nequeant Monasteria; & eapropter non spectent ad C. Indemnitatibus. §. pen. de Elect. in 6. inde manifestè sequitur.

Primò, quod Bonifacius VIII. frustra, & imprudenter legem illam tulerit, quia tempore Bonifacii, & perdudum ante in omnibus Secularium Canonissarum Collegiis singulatim habitabatur, & vivebatur, ut plenè evicit Demonstratio I. à num. 2.

Nu. 261. Cavillatio Adversariorum tam levis est, ut nullius Doctoris auctoritate vel colorari possit.

Nu. 262. Hæc in primis conflictibus, nequidem est proposita.

Nu. 263. Illa tamen Rosa in Decisione ultimâ potissimum innititur.

Nu. 264. Ex Cavillatione Adversariorum, sequitur primò Bonifacium

Indò

Legem scripsisse Persanis, in rerum naturâ non existentibus.

Imò nomen Secularium Canonissarum non ante auditum, quàm Canonissæ à communi vitâ recesserint, ut verius vero esse probat Demonstratio. à num. 22.

Adeoque, cum dudum ante Bonifacii ætatem, nomen Secularium Canonissarum percrebuerit (ut docui à num. 23.) dudum Canonissæ ante Bonifacii ætatem singularem vitam vivere ceperunt; consequenter cum in istâ hypothesi, Papa condiderit legem pro Canonissis Secularibus, quæ in *Monasterio* communiter vivebant, habitabant communiter; Legem dedit Subjectis non supponentibus. Elige, an malis concedere Papam illum Prudentissimum, & Doctissimum frustra neas, imprudentesque condidisse leges; an verò malis credere Advocatos Romanos indoctas hinc de voce Monasterii movere cavillationes.

Nu. 265. *Sequitur Secundo, nullas unquam Canonissas Subjectas fuisse Capituli Indemnitatibus*

Sequitur 2dò, nulla unquam Canonissarum Secularium Collegia *Capiti Indemnitatibus* supposita fuisse; quia in Collegiis Canonissarum, ut à tempore Cardinalis de Vitriaco circa annum 1220. & diu ante; ità in iisdem usque in hanc horam victum, & habitatum est singulariter. De Anno 1220. vid. num. 3tium, ibi: *in Domibus propriis honorificè, & splendide epulantur; nec desunt mensis earum Consanguinei.* Vide etiam totam Demonstrationem I. à n. 2. & tot. Demonstrat. 2. à n. 21. & tot. Demonstr. 3. à n. 24. & tot. Demonstr. 4. à n. 29. & totam Demonstrat. 6. à n. 70. Nec vel minima apud te superesse poterit dubii nubecula; quin in OMNIBUS CANONISSARUM SECULARIUM COLLEGIIS, à temporibus Bonifacii, imo à temporibus Cardinalis de Vitriaco, & diu ante victum, & habitatum sit *singulariter*, maximè cum post desertam Communitatem ab ipsâ *singulari* vita, Nomen Secularium Canonissarum fluxerit. vid. num. 22.

Nu. 266. *Canonissas Seculares dudum ante Bonifacium VIII. ceptam vitam Secularem huc usque continuasse, & præsumitur & docet Experientia.*

Jam autem constituisse sibi Secularium Canonissarum Collegia, in illa singulari, & separata vitâ ad nostra usque tempora, tum experientiâ constat liquidissimè (da enim vel unum unicum Secularium Canonissarum Collegium, in quo vitæ adhuc vigeat communitas, vel non habitetur separatim, & *eris mihi magnus Apolle*) tum unanimi Autorum calculo est confirmatissimum à num. 70. tota Demonstratione sextâ. Et sanè mutatio nunquam præsumitur. *L. Cum qui. 2. de probat. L. 32. in princ. ff. de donat. inter viv. & c. L. Si verò. 5. §. Qui pro rei tradita. 1. ff. Qui satisfacere coguntur.* Alciat. *de Præsumpt. p. 3. Reg. 2. præf. 16.* quia Mutatio est accidens, quod non præsumitur, nisi probetur. *L. 5. §. 1 ubi Gloss. ff. Qui satisfacere cog.* Hinc, qui olim Dominus fuit, talis permansisse, etsi mille anni abierint, præsumitur, ut post Boecium, Mevium, Goed. Vol. 4. conf. 34. n. 42. Ità cum Canonissas Seculares separatim habitasse temporibus Jacobi de Vitriaco circa annum 1220 constet; eas in tali statu usque huc permansisse, etsi non constaret quotidianâ experientiâ, præsumendum foret; multo maximè cum in hanc usque horam, Nomen Secularium Canonissarum, quod à singulari vitâ mutuata sunt, constantissimè retinuerint.

Verùm

Verum enim verò, an erit aliquis tam bardus, tam à communi sensu alienus, tam Veritati infensus, qui doctrinæ nostræ consequentiâ pressus ultrò concedere in gratiam Advocatorum Westerholt. audeat, quòd nulla unquam Canonissarum Secularium Collegia *Capiti Indemnitatibus* §. penult. supposita fuerint? is sanè eodem ore, eadèinque veritate, quòd album nigrum, quòdque quadratum sit rotundum, non inaudax permiserit.

Sequitur 3tò. Nullum omnino ex toto Canonissalium Collegiorum Albo, quòd Num. 94. proposui, seu *simplex* seu *mixtum* fuit, opus habere, ut deinceps *Caput Indemnitatibus* in suis Electionibus respiciat, ut pro defectu ætatis Dispensationes petat; quia in omnibus omnino Collegiis Canonissarum Secularium seorsim habitatur & vivitur, adeòque nullum tale Collegium est Monasterium, quod essentialiter ex Magisterio Advocatorum Romanorum ad id requiritur, ut Collegium aliquod Canonissale *Capiti Indemnitatibus* subjaceat.

Sequitur 4tò. Quòd valdè cœcutièrit ille Adversariorum Megalander, & Athlas putatitius Wamesius; dum ad excusandam & à Dispositione *Capit. Indemnitatibus* vindicandam Electionem Decani Nivellensis in Consilio suo 20. de Elect. non allegavit: Nivellense Collegium (quòd illic habitetur separatim) non esse *Monasterium*, adeòque non spectare ad *Caput Indemnitatibus*. Certè hoc argumento, si teneret, facillimè discutere potuisset tempestatem Decanali apud Nivellenses Electioni incumbentem. At non erat Wamesius tam impudens, ut Nivellensi Collegio, omnibusque Secularium Canonissarum Collegiis, aut singularem vitam habitationemque, lippis & tonsoribus notam, aut nomen Monasterii abnegare auderet. De singulari autem Nivellensium Canonissarum habitatione & vitâ spectatim Num. 79.

Sequitur 5tò. Quòd omnes illæ Canonissarum Secularium Abbatissæ, quæ à condito capite *Indemnitatibus* in hanc horam ob defectum 30. annorum sat pretiosè vel Indultum eligibilitatis, vel Dispensationem in ætate impetrârunt; de *Repetundis* contra Curiam Romanam meritò agere possint; nam cum omnes Abbatissæ fuerint *Secularium*, adeòque seorsim habitantium *Canonissarum*; adeòque haud Abbatissæ *Monasteriorum*, ut somniant Adversarii, nequaquam ad *C. Indemnitatibus* spectârunt, nec ullo Indulto, vel Dispensatione indigebant.

Sequitur 6tò, ineptam, imò iniquam esse Praxin totius Belgii, quâ ab Abbatissatu tot Canonissæ exclusæ sunt, præcisè titulo deficientis tricennariæ ætatis, ut vidimus toto §. 2. à Num. 122. nam cum Collegia Canonissarum Belgicarum universa sint Canonissarum divisim habitantium, ex mente Advocatorum Romanorum haud sunt Monasteria, ideòque Tricennium illud nullatenus requirunt.

Sequitur 7mò, quòd quàm unanimiter, tam turpiter in nuperrimis responsis suis errârint Principes, & maximè inclytæ totius Germaniæ Universitates, Colonien-sis & Trevirensis, dum de Jure domestico consulti ita rescripserunt:

P

Nu. 267.

Sequitur ex doctrinâ

Adversariorum,

nulla Canonissarum

Seculariū Collegia C.

Indemnitatibus

adstricta esse.

Nu. 268.

Sequitur etiam Wamesium

peccasse, quòd non allegavit

Nivellensium non esse

Monasterium.

Nu. 269.

Sequitur porrò, quòd multis Canonissarum

Collegiis detur actio

repetundarum,

contra Curiam Romanam.

Nu. 270.

Sequitur 6tò, quòd iniqua sit

Praxis totius Belgii.

Nu. 271.

Sequitur

Quæstio

Septimò
quod turpi-
ter errarint
in suis nu-
peris Re-
sponsioni-
bus Uni-
versitates
Germania.

Quæstio prima : *An Canonissarum Secularium SINGULARITER extra Communitatem habitantium &c. Abbatissa debeat esse triginta annorum juxta C. Indemnitatibus 43. §. penult. de Elect. in 6to ?* Respond. *Affirmativè.*

Quæstio 2da : *An id ita moraliter CERTUM SIT, & EVIDENS; ut NEMO RECTE contrarium docere, consulere, vel judicare possit ?*
Respond. *Affirmativè.*

Sed quis tam fatuus ? ut credat potiùs duo celeberrima Jurisconsultorum Collegia, in re domesticâ, quàm Advocos Romanos, homines externos, de Canonissis Secularibus sibi penitus ignotis nunquam vel per somnium visis, audacter quidvis pro pecuniâ scriptitantes à vero aberrâsse ?

Nu. 272.
Quanta
Autorita-
tis sint Re-
sponsa Uni-
versitatũ.

Collegia Jurisconsultorum (scribit Christophorus Rosenerus in Thesaur. L. 16. c. 69. n. 17.) speciem priscorum Jctorum referunt, qui publicâ autoritate, consulentibus de jure respondebant L. 2. §. Post hunc. 46. ff. de Origine juris. Ideoque eorum Responsa vim juris habebant. §. Item Responsa. Inst. de J. N. G. & C. & ETIAM HODIE ILLA COLLEGIA MAGNI FACIENDA. Francisc. Viv. L. 1. decis. 136. n. 4. Marquard. Freher L. 2. de Fama. cap. ult. n. 17.

Nu. 273.
Advocatis
Romanis
objicitur,
quod alteri
Advocato
Rom. olim
objectum
fuit.

Unde, quisquis sapit, turpem hic errorem non Florentissimis illis, veracissimisque, & expertissimis Jctorum Collegiis; sed Romanis Quinqueviris de re peregrinâ, & nunquam visâ nimis temerè scribentibus impinget. Dictum hìc sibi putent Advocati Romani; quod olim Servio, pariter Advocato Romano, opprobabat Sapientissimus Quintus Mutius L. Necessarium. 2. ff. de Origin. Juris &c. ibi: *TURPE EST &c. CAUSAS ORANTI JUS, IN QUO VERSATUR IGNORARE.*

Nu. 274.
Sequitur
octavò ex
Carvillis
Adversari-
orum
turpiter er-
râsse Rotã.

Sequitur octavò : Lapsam Rotam in illâ Magistrali & eruditissimâ Decisione 17. post Tamburinium, de Abbat. in Leodiensi Abbatissatũs; dum in causâ Electionis Munsterbillsensis bonam Elsiã Pingui Abbatissatu privavit, ex eo præcisè capite; quod Elsiã non esset 30. Annorum juxta C. Indemnitatibus (vide n. 62.) nam cum Monasterium Belisiense indubitatè Sit Collegium Secularium (vid. num. 65.) adeoque separatim habitantium (vid. num. 75. 76. 77. 78. aliòsque) ex divinis, si Diis placet, Antagonistarum principiis, nec Monasterium est, nec ad Caput Indemnitatibus spectat.

Nu. 275.
Et pariter
de errâsse
S. Congre-
gationem.

Sequitur nonò : de errâsse Sacram Concilii Tridentini Congregationem ob eandem causam; quod scilicet ab Elsiã juxta C. Indemnitatibus, triennem exegerit ætatem etsi pro Collegio Canonissarum singularim habitantium Antiquita electa fuerit. vid. n. 62. Dabimus, scilicet, Sacram Congregationem suis errâsse in Oraculis; ut credat Mundus, suis in erroribus fudisse oracula Advocos Romanos.

Sequitur decimò : non solùm cespitâsse Vanespenum, dum dixit : *De his Cano-*

Canonicabus Secularibus, seu singularem vitam agentibus, agitur c. 43. §. penult. de Elect. in 6. cujus Autor est Bonifacius VIII. qui sedit &c. declaratque formam prescriptam in Electione Abbatissarum Monialium; etiam servandam in IIS MONASTERIIS ubi sunt &c. Mulieres, quae nec propriis renuntiant &c. sed vivunt, ut in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares, vocanturque in Rubrica Decretalis Canonica Seculares vid. num. 74. non solum hallucinatum esse Cardinalem Alexandrinum, dum scripsit de Canonissis Secularibus: SINGULARITER VIVUNT; nec sunt Monachae sed Moniales, & Canonica Seculares &c. haec sunt de quibus loquitur hoc cap. &c. de hoc in C. Indemnitatibus circa finem de Elect. in 6. cum Goss. 16. vid. n. 67. non solum impegisse Autores illos, qui speciatim Collegia CANONISSARUM seorsim habitantium ad Caput Indemnitatibus retulerunt v. g. Nivellense n. 79. Montense n. 80. Secanicum n. 83. 84. 90. Ratisbonense Superius, & Inferius n. 87. & 88. Essendense n. 87. & 89. Andlowiente, Buchovienne, Edelstedense, Lindaviense n. 87. Munsterbilense vel Monasterio - Belisienne num. 90. &c. &c. Sed

Nu. 276.
& non solum quosdam in specie Hallucinatos Doctores.

Sequitur etiam undecimò, quod omnes omnino totius Orbis Doctores, Germani, Belgæ, Lotharingi, Galli, Itali, Hispani &c. &c. turpiter erraverint, dum omnes ad C. Indemnitatibus. §. penult. referunt Canonissas Seculares, hoc est desertâ communitate separatim, & solitariè habitantes. vid. num. 91. 92. 93. 94. & alibi; nullus enim ex omnibus, nec ipse Wamesius quidem, titulo singularis vitæ ullum Canonissarum Secularium Collegium, seu Monasterium Capiti Indemnitatibus. §. penult. subtrahit.

Nu. 277.
Sed Universum Doctorum Exercitium turpiter cepitasse.

Sed consequens (quod omnes omnino Autores erraverint) admittere est absurdissimum; ergo & antecedens; nimirum quod Collegia Canonissarum seorsim habitantium, eò quod non sint Monasteria, non spectent ad C. Indemnitatibus, admittere; est absurdissimum.

Quâ ergo fronte tam ineptam, tam frivolam, tam evidenter falsam, totius Belgii praxi, Universitatum Responsis, Magistratibus Rotæ Decisionibus, irrefragabilibus S. Congregationis Declarationibus, omniumque Autorum (nemine uno excepto) unanimi Sententiæ, tam manifestè contrariam objectiunculam vel movere audent Advocati Romani?

Sed quid non scribitur pro pecunia? cecinit Satyricus

*Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos, Poëtas, & Poetridas picas,
Cantare credas pegaseum melos. (a)*

Verius cecinisset:

*Quod si dolosi spes refulserit nummi
Quadrum, rotundam, candicans nigrum dices
Male Patronus quisquis est bonus causa.*

(a) Persius in Prologo.

N 2

Sed

Sed quâ conscientiâ justitiæ glaucoma objiciatur, & veritati fucus fiat, viderint illi, qui hujusmodi exercent artes, ego ad directas Responsiones propero.

§phus SECUNDUS.

Ad Objectiunculam de Vocabulo Monasterii dat directas Responsiones.

Respondeo primò : si transmitterem Freckenhorstenſe, omniâque alia Canoniffarum Secularium Collegia, non eſſe his temporibus MONASTERIA, in quibus vigeat *vita communis*; fuiſſe autem talia tempore Bonifacii VIII. quid tum? Eapropter nec per *umbram* veri, Electio, Abbatiffie Freckenhorſtenſis, aliarumque Abbatiffarum, in ſimilibus Collegiis, à diſpoſitione capitis *Indemnitatibus* absoluta eſſet. Nam in illa hypothefi verba *Capitis Indemnitatibus*. §. penult. *Supradicta ſiquidem nedum in MONASTERIIS, in quibus ſunt Moniales; ſed etiam in illis, in quibus ſunt Mulieres, quæ &c. vivant, ut in Secularibus Eccleſiis Canonici Seculares, per omnia volumus obſervari: accipienda forent Demonstrativè; & non taxativè, ſeu reſtrictivè; ita, ut comprehendant Electionem Canoniffarum Secularium, quæ in illâ hypothefi vixiſſent in Monasterio communiter; comprehenſura etiam Canonicas Seculares, etſi poſtea deſertâ communitate ſingularim habitaturæ eſſent. Quod autem in illo ſuppoſito, prædicta verba demonstrativè, non taxativè, ſeu reſtrictivè accipi deberent evidenter patet ex praxi totius Belgii, ex duplici concordæque Germanicarum Univerſitatum Reſponſo, ex Magiſtrali Rotæ deciſ. 17. poſt Tamburinium de Abbat. ex geminato S. Congregationis Oraculo, denique ex unanimi omnium Doctôrum Sententiâ: quibus moderna Canoniffarum Secularium Collegia omnia (in quibus tamen teſte experienciâ & Teſte num. 3tio, totâque Demonſtrat. I. ſingulariter vivitur & habitatur) Capiti *Indemnitatibus* ſubjiciuntur. Nam tunc etiam cenſetur & ſat certò, & clarè conſtare de ſenſu Legis, & mente Legislatoris; quando circa talem materiam, omnes, aut fere omnes Interpretes, aut Authores conveniunt; cum tot peritis in Arte ſit firmiter credendum, & adherendum. vid. num. 34.*

Nu. 278.
Si C. In-
demnitati-
bus. §. Su-
pradicta.
ageret de
de Mona-
ſteriis ſtri-
ctè dictis,
tamen
verba acci-
pienda fo-
rent de-
monſtra-
tivè, &
non taxa-
tivè, &
quare?

Nu. 279.
Id morali-
ter certum,
in quo con-
veniunt
plerique
omnes.

Nec mirum me in illâ Hypothefi verba de *Monasteriis* ex Cap. *Indemnitatibus*, relata, ob Autoritatem totius Belgii, Germaniæ, Rotæ, S. Congregationis, imò omnium omnino Autorum accipere DEMONSTRATIVE. Nam etiam ceſſante tali authoritate, tantâque evidentiâ; USQUE ADEO in dubio, ſic accipienda forent verba *Capitis Indemnitatibus*; nam

Verba in dubio (ut rectè ait Roſenet. in Theſaur. L. 19. c. 10. n. 14. (accipi debent

debent demonstrativè, non restrictivè. *L. fin. §. Filia. 2. de Libert. legat. Bartolus* Nu. 180.
in L. Cum Pater. §. Mensa. vers. Quæro quid si Testator de legat. 2. & L. Centurio Verba in
circa fin. vers. Sed quid si dixi. de vulgari substitut. Cravett. consil. 301. de Annot. dubio de-
n. §. Wesenbec. 2. conf. 1. n. 31. Si autem in dubio accipienda sint demonstrativè, non
 quid ni in hac claritate; cum juxta sensum omnium AA, in nostrâ hypothesi, taxativè
 non aliter, quàm demonstrativè accipi possint? *sunt acci-
 pienda.*

Finge ergo, etsi contra omnem Historiæ veritatem, contra unanimem Cano-
 nistarum Sensum, contra nostram evidentissimam Demonstrationem primam;
 finge, inquam, Caput *Indemnitatibus. §. penult.* scriptum esse Canonissis Se-
 cularibus, quæ tempore Bonifaciano ea incoluerint MONASTERIA, in quibus
communiter estum, *communiter* laboratum, *communiter* dormitum, & *com-
 munitè* sit per omnia victum; nihilominus tamen ob communem Belgii, Ger-
 mania, Rotæ, S. Congregationis, & denique Doctorum omnium Sensum,
 modernas Seculares, adeoque *singulatim* habitantes (sive intra, sive extra Mo-
 nasterium) Capiti *Indemnitatibus* adscribentem; easdem & tu, rumparis licet,
Capiti Indemnitatibus adscribere cogaris.

Et vel sola hæc ratio id robur habet, ut cuius nullis partibus infecto, per-
 suadere possit, Objectiunculam de Monasterio, nudius tertius natam, nulli
 Doctorum notam, tam esse frivolum quàm quæ maximè.

Confirmatur Responsio, primò *Caput Indemnitatibus* scriptum est, non
Monasterius materialibus, scilicet lignis, calci, lapidibus, sed Monialibus &
 Canonissis Secularibus. Ergo sicut Moniales si incendio, bello, aliòve casu
 extra Monasterium ejectæ essent, olim servare in electione debuissent *Caput In-
 demnitatibus*; ita modo Canonissæ Seculares, vi communis defectionis, à vitâ
 communi, ad vitam singularem translata. Et sicut vota intra Monasterium
 emissa obligant intra, & extra Monasterium positos; ita & *Caput Indemni-
 tatibus*.

Confirmatur secundò Jura activa & passiva; quæ olim Canonicis & Canonica-
 bus dum adhuc in Monasteriis vivebant communiter, inhærebant adhuc in-
 dubitatè inhaerent, dum singularem vitam sunt amplexi, nam quis Frecken-
 horstenses Canonissas illis jam exuet Pontificiis, vel Cæsareis, vel Episcopalibus
 Privilegiis; quæ olim dum communiter viverent, obtinuerunt; eo præcisè
 titulo, quod nunc singulatim habitent? quis illis eas privabit Bonis, Juribus,
 Libertatibus, Feudis &c. quibus in vitâ communi gaudebant; pretextu, quod
 nunc vitam degant singularem? è diverso quis illis nunc Collegium Freckenhor-
 stense Debitis, Obligationibus, Servitutibus, Oneribus &c. liberabit; quibus
 quondam obnoxium erat, dum esset Monasterium, secundum phantasiam Ad-
 versariorum acceptum? certè nemo prudens. Legis in antiquis Chartis: *Monas-
 terium Freckenhorstense* Dominium habet in illis Campis, Pratis, Sylvis, &c.

Nu. 281.

Quare Caput In-
 demnita-
 tibus. §.
 pen. etiam
 in hypothe-
 si Adver-
 sariorum,
 Canonissas
 singula-
 riter ha-
 bitantes
 tangere de-
 beat.

Nu. 282.

Eodem Jure regun-
 tur Cano-
 nissæ nunc,
 quo olim
 dum in
 Monaste-
 riis victi-
 tarent.

& dices : in iisdem , si nil aliud obstat , & Collegium Freckenhorstense obtinet dominium . Legis contra in antiquis chartis : Monasterium Freckenhorstense , tantum debet isti , vel illi : & inferes : tantum isti , vel illi debet & Collegium Freckenhorstense . A pari sic argue : Canonissarum Secularium *Monasterium Freckenhorstense* , in nostrâ Hypothesi subfuit capiti *Indemnitibus* . Ergo pariter eidem subest Canonissarum Secularium *Collegium Freckenhorstense* .

Nu. 283. *Vita singularis, ut non Canonicos, sic nec Canonissas veteribus Iuribus eximit.* Nam certè Canonice Seculares per transitum ad vitam privatam Legum, quibus aliàs subjacebant, onus haud excusserunt. Audi Vanespenum J. E. V. part. I. tit. 33. n. 26. dicentem : *Sicut Canonicorum ad vitam singularem transitus, nullatenus ipsos Canonicos eximit, quin juxta suam institutionem Canonicè vivant; ità nec similis Canonissarum à vitâ communi ad vitam singularem transitus efficere potest, quin &c. Canonicè &c. vivant; scilicet præscriptos Canones tam eligendi, quàm vivendi observando.*

Nu. 284. *Episcopus nunc, ut olim, debet habere salutem triginta annos.* Eo tempore, quo Canonici adhuc vitam communem vivebant in Monasteriis, Episcopus eligendus debebat esse triginta annorum, *Canon. Quicumque 3. dist. 77. & Can. Episcopus 6. dist. 77.* Ibi : *Episcopum ante triginta annos &c. nullus Metropolitanorum ordinare præsumat.* Et *Novella 137. c. 2.* ibi : *Et excedere trigésimum ætatis annum.*

An Canonici post transitum ad privatam eligere possunt Episcopum 30. annis minorem? Minimè gentium. Patet ex *Capite cum in cunctis 7. de Electione*, (quod conditum est, quando dudum antè Canonici à communitate desciverant) ibi : *Nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigésimum annum ætatis exegerit.* Ita si *Caput Indemnitibus* eo tempore conditum fuisset, quo (ut erroneè volunt Antagonistæ) Canonice Seculares vitam adhuc communem debebant, obligare illas in Electionibus Abbatissarum pergeret ad vitam singularem digressas; adeoque licèt vera essent Adversariorum Principia, quòd tempore conditi *Cap. Indemnitibus* Canonice Seculares in communi steterint; nullatenus tamen sequeretur, eas communitate solutâ, & *Lege Capitis Indemnitibus* solutas esse, sive jam rectè dicatur, eas in *Monasterio* impræsentiarum vivere, sive non; quod nil ad rem facit. Imò magis obligaret Lex extra Monasterium, quàm intra Monasterium positas, cum Legis ratio magis stringat extra, quàm intra Monasterium collocatas. vid. n. 200. Et hoc est argumentum ad hominem, quo (etiam in erroneo supposito suo) abunde confutantur Adversarii. Si autem usque ad eò in falsissimo supposito, quòd *Caput Indemnitibus* conditum sit, quando Canonice Seculares tenuère vitam communem, nihilominus obliget nunc, tenentes privatam; quantò certius nunc obligabit singulatim habitantes; cum conditum sit eo tempore, quo jam Canonice Seculares omnes singulatim habitabant?

Respondeo 2dò. Finge Nomen illud *Monasterii*, quod tempore Bonifaciano Canonissarum Secularium Collegiis adhuc adhærescebat, postea aut vetustate tem-

temporum (quæ omnia mutat) defluxisse ; aut arrogantiam & genio Seculi nostri , humilia nomina nauseantis , paulatim extabuisse , imò omnino intercidisse , penitusque ab Aulâ , quod ajunt , recessisse ; quid tum amabo ? scimus , ut hominum , sic nominum magnam esse & per frequentem mutationem . Elegantissimè Vates Venusinus : (a)

Ut silva foliis pronos mutantur in annos :
 Prima cadunt : ita verborum vetus interit ætas .
 Et juvenum ritu florent modo nata , vigentque .
 Debemur Morti . . . Mortalia facta peribunt ;
 Nedum sermonum stet honos , & gratia vivax .
 Multa renascuntur , quæ jam cecidere : cadentque
 Quæ sunt in honore Vocabula ; si volet usus ,
 Quem penes arbitrium est , & Jus , & norma loquendi .

Hinc rectè monet Gellius 1. Noct. Attic. c. 11. *Vive moribus præteritis : loquere verbis præsentibus ; nam perridiculum fuerit (verba sunt Quintiliani 1. instit. 6.) malle sermonem , quo locuti sunt homines , quàm quo loquuntur . Unde Plutarchus in libr. de Pythiæ Oraculo ait : Verba valent sicut nummi . Nempe , ut sæpe antiquantur & abrogantur pecuniæ , ità etiam vocabula : & sicut nullus est usus antiquatæ pecuniæ , ità pariter nullus est antiquati vocabuli ; quo alludit Quintilianus , dum L. 1. instit. c. 1. ait : Utendum planè sermone , ut nunc ; cui Publica forma est .* Apertiùs Flaccus : (b)

licuit , semperque licebit ,

Signatum præsentem notà producere nomen .

Idem advertit Aristoteles de Nummorum variatione 1. Ethic. c. 5. & 1. Politic. c. 1.

Interim in hac vocabulorum Mutabilitate scimus , quòd diversitas Nominum rei substantiam non mutet . C. excommunicamus 13. de heret. Scimus pariter , quòd Nominum mutatio rem invariabilem haud quaquam vel novo Juri subjiciat , vel à veteri excuset . C. in tantum 36. de Simonia . Lactantius L. 1. c. 5. cujus hæc est clarissima ratio , quia ut ait Imperator Justinianus L. c. C. commun. de Legat. Non VERBIS , sed ipsis REBUS Legem imponimus . Ergo si mutatis Nominibus eadem res perdurent (ut hinc perdurant CONGREGATIONES SECULARIUM CANONISSARUM , etiam in eodem statu , quo fuerunt tempore conditi Capituli Indemnitatis) iidem subjacebunt Legibus ; sive iam illæ Congregationes impræsentiarum appellentur MONASTERIA , sive Capitula , sive quocunque alio Nomine veniant . Et de Nomine frustra disputatur , ubi de re per Nomen indicatà constat . Bald. in L. Si quis in fundi vocabulo 4. ibique Alex. de Legat. 2. Ut in præsentem materiã constat Bonifacium C. Indemnitat. §. penult. egisse

Nu. 285.
 Crebra est
 vocabulo-
 rum ut
 nummorum
 mutatio.

Nu. 286.
 Mutatio
 nominis
 non mutat
 Jus, re in-
 variatâ.

Nu. 287.
 Frustra
 disputatur
 denomine,
 dum de re
 constat.

(a) Horatius de arte poet. à v. 63. (b) Idem ibid. à v. 61.

Nu. 288. *Canonissa singularim habitantes expresse ad C. Indemnitatibus referuntur.*
 Nu. 289. *Canonissa Seculares vocantur à vitâ singulari.*

egisse de Canonissis Secularibus, singularim extra communitatem viventibus. De his *Canonibus Secularibus*, seu *singularem vitam agentibus* [en Synonima!] agitur c. 43. §. penult. de *Elect.* in 6. *cujus Author est Bonifacius VIII.* vid. n. 73. verba Vanespeni. *Singulariter vivunt; nec sunt Monacha; sed &c. CANONICÆ SECULARES &c. ha sunt, de quibus loquitur &c. C. Indemnitatibus circa finem de Electione in 6. cum Gloss.* vid. n. 76. verba Cardinalis Alexandrini. Imo nomen illud *Canonicarum Secularium* à vitâ singulari fluxit: sicuti *Canonici* inquit Vanespen. relatus. n. 73. *post dimissam vitam communem, & arreptam singularem, dicti fuere Seculares, ad distinctionem eorum, qui vivunt sub Regulâ certa in communi; ita Canonicae NB. post transitum ad vitam singularem, dici ceperunt Canonicae Seculares.* Jam autem ex ipso summario *C. Indemnitatibus.* §. penult. evidens est, quod §phus ille scriptus sit *Canonissis Secularibus.* Ergo pariter evidens est, quod sit scriptus *Canonissis separatim viventibus.* Vide plura totâ *Demonstratione* 1. 2. 3. 4. 6. & alibi.

Quare, si in posterum *Advocati Romani* suam de *MONASTERIO* nœniam, heri compositam, omnibus retro *Autoribus* inauditam, praxi totius *Belgii*, *Germanicarum Universitatum Responsis*, *Rotæ Rom. Decisionibus*, *S. Congregationis Declarationibus*, omnino *dissonam recantare*, nobisque *obstrepere* perrexerint;

Romani tollent Equites, Peditésque cachinnum. (a)

Nu. 290. *Canonissa olim vocabantur Ancilla Dei, Famula Mariae, & simpliciter Virgines?*
 Nu. 291. *Canonici Cathedralis Monasteriensis olim Fratres S. Walburgis vocabantur.*

Freckenhorstenses Canonissæ, omnesque aliae in antiquis chartis *SANCTIMONIALES, Ancilla Dei, Famula Mariae, vel Virgines* appellantur. His nominibus si eas nunc compellas, convitari videberis. Sed ideòne alio jure reguntur jam *Canonissæ, & Domicellæ* *Freckenhorstenses* (his enim titulis absolute insigniri volunt) quàm quo *SANTIMONIALES, Ancilla Dei, Famula Mariae & Virgines* *Freckenhorstenses* olim rectæ sunt? id certè affirmare non ausis; nisi certum sis caput.

Olim *Canonici Cathedralis Monasteriensis, FRATRES S. Walburgis* audiebant, ipsorum Collegium, *Monasterium*; à quo hodièque tota *Patria*, nuncupatur *Monasteriensis*. Sed jam aliquem ex *Reverendis*, & *Perillustribus* *Dominis* *Canonis*, *FRATREM S. WALBURGIS* vocita; fustuarium auferes. Et tamen, quis ideo quos campos, quæ prata, quas sylvas, quæ Jura *FRATRES S. WALBURGIS* possederunt, *Canonis Cathedralibus Monasteriensibus* adimet, aut abjudicabit? quis inscripta olim majori apud *Mimigardenses* (ita *Monasteriensis* quondam indigitabantur) *Monasterio* bona, *Cathedrali Capitulo Monasteriensis* abnegabit? si ita nemo deliret, ut ob mutationem nominum, rei Jura alteret, quis blaterare in posterum non erubescet, ideo *Freckenhorstense Collegium* *Dispositioni Capituli Indemnitatibus*, esse subductum,

(a) *Horatius de Art. Poetica.*

ductum, quod nomen Monasterii fortè amiserit, aut diuturnitate temporum, aut arrogantia hominum, aut certò mutatione habitationum? Profectò Authores gravissimi (ut pateat, quam inane in hac materia argumentum sit, quod in puro putò Monasterii nomine fundatur) nequidem Monasterii vocabulo, dum hanc materiam pertractant, aut de Capite *Indemnitatibus* agunt, sed aliis utuntur nomenclationibus; aut si utantur Monasterii vocabulo (ne nugivendulis criticandi præbeant, & cavillandi ansam) statim adjiciunt, quid per tò *Monasterium* intelligant.

Sic in hac materia, loco vocabuli *Monasterium* : (ut scias nullam vim ponendam in voce Monasterii) vulgò Collegium Autores ponunt : Wiestner Institut. Canon. L. 1. t. 6. n. 246. ibi : *In Germaniâ nostra sunt varia Collegia Femininarum ferè Nobilium, seu Canonissarum Secularium.* Pichler. in Candidat. Jur. Prudent. Sacr. L. 1. tit. 6. n. 78. ibi : *Sunt Collegia Feminarum Nobilium & Canonissarum.* Jacob. Wex in Ariadn. Carol. part. 4. decad. 1. cas. 3. §. 6. ibi : *Valde viget à me non ita pridem oculis inspectum Nobilissimum, & Antiquissimum Collegium Canonissarum Essendiense.* Zypæus consult. Canon. L. 3. consult. 17. cum pluribus Superioris Inferiorisque Germaniæ locis talia COLLEGIA sint fundata, & COLLEGÆ etiam utriusque Sexûs *Præbendas possideant.* & infra : *inferendum est ejusmodi COLLEGIUM potiùs esse Ecclesiasticum.* Et infra : *Abbatissa, quæ Collegii Caput est, & infra. usu notorium est &c. COLLEGIA hæc pro Ecclesiasticis haberi ; & infra : Sequitur hæc Collegia esse Ecclesiastica, non Laica, & infra : Præsens horum Collegiorum Status est, ut sint Ecclesia Collegiata Seculares, & infra, visitantur insuper Collegia Authoritate Ecclesiasticâ, & infra : Sacellanos producunt, & Canonicos de suo Collegio. & infra : nec sanè sinè injuriâ dici possent Collegia, tam irreprehensibiliter viventia &c. & infra : hæc Collegia in Belgio, & vicina Germaniâ non tantùm esse fundata &c. & infra : Canonissarum ergò Collegia &c. Ecclesia illarum non Laica sed Collegiata Secularis. & infra : ut Collegii ea consuetudo dicatur & infra : Uniones &c. innumera facta COLLEGIIS CANONICARUM FEMINARUM. & infra : Nemo est, qui negare possit, Religiosum saltem locum dici posse hæc ECCLESIAS COLLEGIATAS SECULARES. & infra : Itaque cum Ecclesia Collegiata Canonissarum Nobilium omnes sint Insignes &c. & infra : Quod Beneficium fuerit de Jure Patronatûs ejusdem COLLEGIUM :*

En quoties Zypæus in unicâ, non adeo prolixâ consultatione, CANONISSARUM receptacula, COLLEGIA, vel COLLEGIATAS Ecclesias appelliter! usque adeo expertissimus hic Autor nihil voci *Monasterii* tribuit; ut eâ in tota Consultatione vix utatur, dicatque tantum *Vers. Id quod, & In Veteribus Scripturis etiam &c. Monasteria Puellarum vocantur;* & ne autem dubires agere illum de Collegiis quæ ad *C. Indemnitatibus*, pertinent; *vers. Sed & :* ait : *Abbatissa*

Nu. 292.
Authores
dum hanc
materiam
& Caput
Indemni-
tatibus
pertra-
ctant, Mo-
nasterii
vocabulo
passim ab-
stinent, &
quare?
Nu. 293.
Utuntur
crebrius
nomine
Collegii.

Nu. 294.
Etiam no-
mine Col-
legiatæ
Ecclesiæ.

Nu. 295.
Zypæus
Collegiata
Secularium
Canonissa-
rum Eccle-
sias ad Ca-
put Indem-
nitatibus
refert.

Q

quà Collegii Caput est &c. solenni modo ex Juris Dispositione, sicut alie veri nominis Abbatissa, eligi debet. C. Indemnitatibus. §. penult. de Elect. in 6. sed dies mæ ante deficiet, si Autores enarrare velim, qui dum de Cap. Indemnitatibus. §. penult. tractant, & Canonissarum Congregationes, Collegia, non Monasteria appellent; fat gnari Jus illud non vocibus, sed rebus scriptum esse; scilicet Canonissis Secularibus, sive jam illarum CONGREGATIONES, MONASTERIA, seu COLLEGIA, seu alio clueant nomine; Congregationes has namque, dum de Capite Indemnitatibus. §. penult. tractant, Capitula alii vocant, cum Corvino à Belderen de Person. Eccles. L. 3. tit. 3. n. 6. ibi: *Habent Capitula Canoniarum*

Nu. 296. *Montensium, & Nivellenarum à Sede Apostolicâ Privilegia &c. & immediate supra: in hujusmodi Abbatissarum Electionibus Papa, jubet Decreta in Canonicis Electionibus prescripta servari C. Indemnitatibus. §. penult. de Elect. in 6. Constat autem in Capitulis, Montensi, & Nivellensi vicitari singulatim vid. n. 91. Conventus alii nominant cum Layman. L. 1. t. 6. in C. Indemnitatibus. §. Supradicta. ibi: *Quæ de Electionibus Monialium hâc Constitutione dicta sunt, similiter servari debent in CONVENTIBUS MULIERUM, quæ Canonica vocantur.**

Nu. 292. *Et Pirrhing. in Jus Can. L. 1. t. 6. sect. 8. de Elect. n. 426 ibi: *Quæ in hac Constitutione decreta sunt de Electionibus Monialium viventium in MONASTERIIS &c. similiter observari debent in ALIIS CONVENTIBUS MULIERUM, quæ juxta consuetudinem quarundam Provinciarum &c.* Ecce Author hie rerum Germanicarum peritissimus, ne cui in Nomine Monasterii, non adeo amplius usitati, offendiculum ponat, utque reapse ostendat, nil laborandum de nomine Monasterii, Canoniarum Conventus, non Monasteria nuncupat.*

Nu. 298. *Alii cæterus indigitant cum Pichler. in Candidat. Jur. Prudent. L. 1. tit. 6. n. 78. ibi: *Observanda etiam sunt in Electionibus Præpositarum non Religiosarum; sed illarum, quæ præsunt COETIBUS MULIERUM, Ordinem Religiosum non Professarum, uti sunt Collegia Feminarum Nobilium, & Canonissarum Secularium &c.**

Alii voce Congregationis, *Alii Congregationes cognominant cum Zypæo L. 3. Jur. Pontif. Noviss. num. 36. ubi de Collegio Nivellensitâ scribit: *Lottarius Imperator bona divisit, partem hospitali, alteram Abbatissa, tertiam CONGREGATIONI 72. Fratrum, & Sororum attribuit.**

Nu. 299. *Paucissimi sane Autorum Monasteriorum nomen Canonissarum Collegiis moderno tempore induunt; non ignari, quod ambitiosæ Canonissarum Perillustrium aures, perinde Sanctimonialium, aut Monialium, quàm Monasteriorum vocabulis exulcerentur; quam ob causam ejusmodi denominationes ab aulâ passim recesserunt. Si quis tamen Monasterii adhuc usurpent nomen, ut melius intelligantur MONASTERIUM, sive COLLEGIUM, dicunt: ita Cardinalis de Luca Practicorum Dux, in discurs. 25. de Jurisdiction. de Collegiis*

Can-

Canonissarum Secularium *Essendensi & Relinghusano* tractans, identidem hunc morem observat : Ibi : *Abbatissa &c. habet sub se MONASTERIUM, seu COLLEGIUM Relinghusanum.* Et infra : *Cujus Monasterii, seu Collegii Ecclesia annexa est cura animarum.* Et infra : *Idcirco Archi-Episcopus &c. illud Monasterium seu Collegium Relinghusanum visitare volebat.* Et infra : *Fama justificatur istud Monasterium, seu Collegium &c.* Ita ipsa Sacra Congregatio Concilii Trident. apud Pignatell. Tom. 8. Consultat. 49. n. 2. Ibi : *Electionem tamen Abbatissæ, quæ præficitur in Monasterio seu Collegio Canoniarum &c.*

Nempe Sacra Congregatio, & Cardinalis de Luca, quod more antiquo vocant Monasterium, more moderno, ut melius intelligantur, Collegium appellant. Unde licet ultrò daremus, Monasterii vocabulum, quod olim tempore Bonifaciano apud Canonissas singulatim habitantes, utcunque adhuc viguit, apud easdemmet impræsentiarum exolevisse, penitusque antiquatum esse ; quid tum? certè nec per umbram Veri inde sequeretur, Canonissas nunc, sicut tunc, singulatim habitantes, & inde Secularium Canonissarum nomen indeptas, non æquè nunc, ac tunc in Electionibus suis ad *C. Indemnitatibus §. penult.* referendas. Certè magis futilem, magis ineptam, magis falsam Objectiunculam Adversarii somniare non potuissent, quàm illam, quam contra *singularem Canonissarum vitam* sub prætextu *Monasterii* movent ; nam quàm evidens *CANONISSAS SEculares* ad *C. Indemnitatibus §. penult.* spectare. (vid. Num. 21.) quàmque evidens est *CANONISSAS* à *singulari vitâ* primitus Secularium agnomen fortitas, tam pariter ex justæ consequentiæ Legibus luculentum est, Canonissas singulatim habitantes (sive jam earum Cœtus *MONASTERIA*, sive *COLLEGIA*, sive quidvis aliud appellentur) *Capiti Indemnitatibus* esse obnoxias.

Eant igitur Defensores *Westerholici*, & ut Electionem suam à præsentaneo Naufragio liberent, sacram Anchoram in nudo Monasterii vocabulo figant. Eant, & inanissimam fabulam suam totius Belgii Praxi, Florentissimarum Universitatum Responsis, veteribus & modernis Rotæ Decretis, iteratis S. Congregationis Oraculis, unanimi denique Authorum sententiæ è diametro contrariam, quam contra *singularem Canonissarum vitam* primi confinxerunt, in solo cortice unius vocalæ, egregiè scilicet, fundent ; ridebit interim mecum totus Orbis, maxime Germania, Belgium, & Lotharingia, (quæ à temporibus Bonifacii, & dudum ante nullas vidit, vel audivit *CANONISSAS SEculares*, nisi *SINGULATIM VICTITANTES*, imò à *singulari vitâ SEcularium* cognomen mutuatas) ridebit, inquam, ineruditissimas nugas, ab hominibus exteris, in Germaniæ, Belgii, & Lotharingiæ historiâ omnino peregrinis, quàm audacter, tam temerè invitâ *Minervâ* & reluctante *Apolline* confarcinatas.

Monasterium, vel Collegium Congregationes hujusmodi appellare amant.

Nu. 300. Exempla dant Cardinalis de Luca & S. Congregatio Conc. Trident.

Nu. 301. Ineptissima Exceptiuncula est, qua de voce Monasterii moventur, & quare.

Nu. 302. Exploditur Exceptiuncula isthæc.

§. TERTIUS.

Demonstrat Collegium Canoniarum Freckenhorstensium, singulatim viventium, similiâque omnia Canonissarum Collegia posse vocari, imò actu vocari Monasteria.

Nu. 303. **P**Lenâ victoriâ spho proximè præcedente evici, quòd inanissima Quæstio de nomine Monasterii ad præsentem pugnam omninò sit impertinens, & in hanc arenam obtorto, quod ajunt, collo intrusa; nam, ut illic condocui, etiam in fictis Hypothesibus &c. *Quòd Collegia Canonissarum Secularium olim fuerint; nunc autem non ampliùs sint; aut certè olim vocata fuerint, nunc autem non ampliùs MONASTERIA vocentur;* nihilo tamen seciùs Canonissæ nunc, ut olim ad *C. Indemnitatibus* pertinerent. Et verò possem totus acquiescere in solidissimis duobus Responsis ad tam futilem de Nomine Objectiunculam datis; maximè cum probè nôrim, quòd de **NOMINIBUS & VOCABULIS** non sint movendæ inutiles Disputationes. Glossa in *Rubr. ff. soluto Matrimon.* Jason in *L. sic itaque instit. de Act.* sed Disputatio nominum relinquenda sit *pernitacibus.* Felin in *C. quanto in princ. de præsumpt.* Alexan. in *L. 1. §. Lex Falcidia ff. ad Leg. Falcid.* Bald. in *C. ex parte M. col. penult. de Appellat.* ut meritò Divinus Plato streperos hujusmodi de nomine Colluctatores *libr. 2. Reipublicæ Pestes* vocitet, & Magnus August. maximè damnet eos *L. 2. de Civit. Dei*, qui se sæpiùs & frustra circa inanem verborum corticem torquent, cum sensum potiùs attendere debuissent.

Nu. 304.
Pugna de nudis vocibus declinanda.

Scio etiam, quòd verba non sint captanda & Judaicè interpretanda: *L. penult. ff. ad exhibend. L. 9. ubi DD. ff. de servit.* Gail. 2. *observ. 33. n. 7.* quòdque verbis subtiliter, & criricè non sit dialecticandum. Cardinal. Mantica *de conjectur. ult. volunt. l. 1. t. 1. n. 4.* Anton. Monach. *Florent. decis. 72. n. 27.* Quòdque non in verborum foliis sit hærendum, sed ad radicem Rationis penetrandum, *Can. Marcion 64. caus. 1, q. 1.* cum verba rebus sint subjecta, non res verbis. *Cap. intelligentia 6. de Verb. signific.* Interim tamen ne vel hilum Adversariis concessisse videar, hoc loci omnino supererogatoriè, & ex superabundanti per diversos Articulos ostendam, **COLLEGIUM FRECKENHORSTENSE** cum aliis *Canoniarum Secularium Collegiis, non obstante vitâ singulari, Monasterium vocari rectè imò actu vocari.*

S. TERTII
ARTICULUS PRIMUS.

Ostendit, quod vox: *Monasterium, Collegio Canonissarum Freckenhorstensis, singulatim habitantium, omnibusque similibus, ex Etymologia sua optime & propriissime quadret; nec minus improprie & latius, ex locutione vulgari.*

ET si illubentissime de nudo nomine in arenam descendam, tamen quia ad vocalem hanc pugnam Antagonistæ nostri primi Clasticum cecinere, etiam contra genium meum, ut magis Veritati, quam Mori meo velificer, vel in onomastico hoc bello hostibus audacter congregiar; præprimis quia me docet Quintilianus *Libr. 5. c. ult. in fine*, etiam Jurisconsultis summum circa verborum proprietatem laborem esse; unde & Ulpianus, JCrorum Alpha, à diligenti verborum consideratione *ὄνομαστικός*, id est indagator nominum, cognominatus est, Teste Athenæo *Libr. 14. de Ration. Sophist.* & cum utrumque Jus integros de verborum significatione propinet titulos, haud me aut dispudebit, aut distædebit, genuinæ, & primariæ significationi vocis *Monasterii*, inquirendæ parumper immoratum fuisse. Agite itaque Advocati Romani! edicite sultis, si Etymologi estis, & proprietatem vocis intelligitis, edicite, inquam, an ad origenariam & nativam *Monasterii* significationem requiratur *vita communis*, in uno refectorio, in uno dormitorio, in unâ officinâ, in uno claustro? edicite, an rationi *Monasterii* repugnet *vita singularis*, in quâ *singulatim* estur, *singulatim* dormitur; *singulatim* laboratur, *singulatim* habitatur, *singulatim* universè vivitur? si quidem vos ita, ut scribitis, sentitis, navos toto aberratis cælo; nam juxta Etymon Nominis *MONASTERIO* omninò contrariatur. E diverso *vita singularis & solitaria* (quam utique vivunt Canonistæ Seculares) prorsus ad significationem *Monasterii* & essentialiter desideratur; Nam *Monasterium* juxta Lexica omnia, græca & latina, *Solitudinem vitamque singularem & solitariam*; minimè autem *Communem* significat; derivatur enim (uti & *Monachus*, *Monasta*, *Monastria*) à vocabulo græco *Monos*, quod *unum*, vel *solum*, aut certè à vocabulo *Monas*, quod *unitatem*, vel *solitudinem* significat. Hinè doctè dicitur *Canone Placuit omnibus 1. caus. 16. q. 1. Placuit omnibus Residentibus in sanctâ Nycenâ Synodo, ut Monachorum conversatio, & vita secundum Etymologiam nominis ab omnibus discreper. Monachus enim græcè, latinè singularis dicitur.*

Q3

Unde

Nu. 305.
Quare Auctor in hanc de voce Monasterii pugnam descendat.

Nu. 306.
demonstratur, quod vita communis Monasterio, si Etymologiam spectes, planè contrariatur, sit singularis verò conveniat.

Unde Monachum per omnia singulariter agere oportet. à pari Monasterion græcè, latinè locus vel congregatio, ubi singulariter vivitur. Et æquè eruditè Canone Placuit communi 8. caus. 16. q. 1. Monachus sedeat itaque SOLITARIUS &c. agnoscat nomen suum: Monos enim græcè, latinè est unus &c. à pari Monasterion à Monos, locus scilicet vel congregatio, ubi solitariè & singulariter vivitur. Unde Monasterium ex radice nominis vitam Communem omnino rejicit, & singularitatem abscisè requirit. Et ideo cum in Collegio Freckenhorstenli singulariter, divisim, & solitariè, sicut & in reliquis omnibus Canonissarum Secularium Parthenonibus vivatur, propriissimè illud & secundùm veram Etymologiam Monasterium appellari poterit.

Nu. 307.
Cœnobia
& Monasteria, secundum Etymon nominis sibi opponuntur; nam hac solitudine & singularitatem vitæ, illa communitatem significant.
Nu. 308.
Primitus Monasteria non sunt dicta Cœnobia: postmodum ita abusive dicta sunt.
Nu. 309.
Collegia Sarabaitarum singulariter habitantium Monasteria vocata sunt. Quidni pariter Collegia modernarum Canonissarum?

Et verò si Etymologiam, & radicem Vocabulorum spectes, opposita sunt Monasterium, & Cœnobium; Cœnobium enim, græcè κοινόβιον, vita fortunarumque communitatem, teste Gellio L. 1. c. 9. de Pythagoricis, vel locum ubi communis vita ducitur, teste Petro Henrici in suo Dictionar. & Cœnobium propriissimè significat; κοινόν enim communis βίος vita, hinc Cœnobite, qui in commune vivunt. Petr. Henrici loc. cit. E diverso verò, ut advertit eruditè eruditissimus, & solertissimus Glossator Carolus du Fresne in suo Glossario vers. Monasteria dicuntur: & Monasteria dicuntur cella, in quibus unicus degit. & ita Cassianus collat. 8. cap. 6. S. Hieronymus in vita S. Paula. S. Athanasius in vita S. Antonii cap. S. Nilus narrat. 5. pag. 77. Isidorus L. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 15. consonat L. Jubemus 37. de Episcop. & Clericis Ibi: Qui &c. solitariam vitam appetentes, quibuslibet sese Monasteriis &c. duxerint offerendos.

Hinc primitus MONASTERIA nequaquam Cœnobia dicta sunt, postmodum tamen usus, quem penes arbitrium est, & Jus, & norma loquendi, Cœnobia (contra tamen proprietatem significationis, contraque veram originationem abusive & per antiphrasin) Monasteria appellavit, & pro Synonymis quodammodo habuit. Id quod sagaciter advertit Cassianus Collat. 8. cap. 6. dicens: Licet à nonnullis soleant indifferenter Monasteria pro Cœnobiis appellari; tamen hoc interest: MONASTERIUM potest etiam UNIUS &c. habitatio nominari; CœnobiUM autem appellari non potest, nisi ubi plurimorum habitantium degit unita COMMUNIO. Dicuntur sanè Monasteria, in quibus Sarabaitarum Collegia morantur; sunt autem Sarabaita, qui (ut Cassianus cap. 7. explicat) ex eo, quod se à Cœnobiorum Congregationibus sequestrarent, ac SINGULATIM suas curarent necessitates, Egyptia lingua proprietate SARABAITÆ vocati sunt &c. Hi Cœnobiorum nullatenus expetunt disciplinam, nec Seniorum subjiciuntur arbitrio, aut eorum traditionibus instituti suas discunt vincere voluntates, constituent sibi cellulas, easque MONASTERIA nuncupantes (& quidem si Etymologiam spectes in sensu maximè stricto & proprio) suo in eis jure ac libertate consistunt. Compara Collegia Sarabaitarum singulariter viventium Collegiis CANONISSARUM

RUM singulariter viventium ; & dic sodes, an non æquè hæc, atque illa Collegia, & quidem in strictissimo, propriissimo, & maximè connaturali significato, MONASTERIA nuncupari queant?

Quid autem **verat** Bonifacium C. *Indemnitatibus*. §. *Supradicta*, strictè, & secundùm Etymologiam locutum, dum Collegia Canonissarum (quas singulariter vivere ex Cardinalis de Vitriaco Historiâ Occidentali cap. 13. & ex Can. *Pernitiosam* XVIII. q. 2. & aliunde sciebat, MONASTERIA appellasse ; licet in eodem Capite COENOBIA MONIALIUM, in sensu vulgari, abusivo, antiphrastico etiam nuncuparit Monasteria. Certè Papam inter hæc Monasteria distinxisse, ex ipso ejus loquendi modo patet, dum ait §. *penult. supradicta si quidem nendum in MONASTERIIS, in quibus sunt Moniales viventes sub aliquâ de Religionibus approbatis ; scilicet communiter ; sed etiam in illis in quibus sunt Mulieres, quæ nec propriis renunciant ; sed vivunt ut in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares, scilicet singulariter.*

— Cœterùm non in omnibus Monasteriis communiter victum esse ; etiam colliges ex *Novell. 123. cap. 36. ibi : In omnibus autem Monasteriis, quæ Cœnobiam dicuntur. Ubi Gothofredus ad marginem litt. F. Monasteriorum videntur quædam fuisse non κοινωβια. In quibus utique vita singularis obtinebat. Ut utamen hæc sint, Bonifacius CANONISSARUM SECULARIUM COLLEGIA, non Cœnobiam, sed Monasteria indigitavit ; hinc cum Monasterium ex Etymologiâ, propriè & strictè loquendo, vitam solitariam, & singularem significet ; nimis incitè, & indoctè procedunt, qui Collegio Freckenhorsteni, omnibusque aliis ex eo nomen *Monasterii* detractum eunt, quod illic singulariter vivatur. Sanè si illic communiter viveretur, doctiore, & speciosiore titulo *Monasteriorum* nomina talibus Collegiis divellerentur.*

Unde liquet, quàm rectè, quàm propriè, & quàm subtiliter omnia Canonissarum singulariter viventium Collegia Bonifacius *Monasteria*, si voluerit, vocare potuerit : cujus exemplo, & nos Collegium Freckenhorsteni aliâque *Monasteria* rectè compellabimus. Nam sanè verba in propriâ significatione, nisi quid obstat, accipere licet ; imò oportet. *L. 1. §. Is qui navem 19. ff. de Exercitor. act. L. 3. §. Hac : verba ubi Bartol. ff. de Negot. Hartmann. p. 2. L. 2. q. 26. n. 17.*

Confirmatur : dudum ante Bonifacium, Innocentius III. Collegia *Canonissarum Secularium* (qui utique singulariter habitabant ; & post abjectam vitam communem à vitâ singulari Seculares vocati sunt. num. 25.) MONASTERIA appellavit : C. inter §. de Religios. Domib. ibi : De MONASTERIIS quoque Græcorum in SECULARES CANONICOS convertendis F. T. respond. quod quamdiu *Monasteria per Regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad Saculares Clericos transferenda. Sed si Regulares defuerint, propter eorum defectum, IN*

Nu. 310.
Fortè Bonifacius VII.
in Sensu

Etymologico Monasteria Canonissarum. ubi sive Monasteria Monialium nuncupavit.

Nu. 311.
Certè Bonifacius inter hanc

illarum Monasteria distinxit.

Nu. 312.
Monasteria sine vitâ communi ex Jure Civili probantur.

Nu. 313.
Indoctè nomen Monasterii Collegiis Canonissarum detrahitur.

Nu. 314.
Verba in propria significatione accipienda.

Nu. 315.
Nisi quid obstat.

Nu. 316.
Ante Bonifacium & Canonice

EIS

rum singu-
latim ha-
bitantium
Collegia,
Monaste-
ria sunt
dicta.

Nu. 317.

Collegia
Canonicor-
um Secu-
larium, se-
orsim habi-
tantium in
Corpore

Juris usque
adeo MO-
nasteria
appellan-
tur.

Nu. 318.

Innocen-
tius III.

Collegia
Canonicor-
um singu-
latim ha-
bitantium
appellavit,
& Bonifa-
cius VIII.
Collegia
Canonissa-
rum ita
nuncupa-
vit.

Nu. 319

Sintne au-
tem hac

Collegia in
sensu pro-
prio, an in
vulgari
Monasteria
appellata,
parum re-
fert.

EIS (scilicet *MONASTERIIS*) *Seculares CLERICI poterunt ordinari.* Si autem *Seculares*, hoc est, separatim habitantes *Canonici*, seu *Clerici* nihilominus in *Monasteriis* ordinari, seu vivere dicantur ab *Innocentio III.* quâ veri specie negari potest, *Bonifacium* rectè vocâsse *Monasteria*, *Collegia* ista, in quibus illo tempore *Canonissæ* seorsim habitabant, ut ostensum à num. 310.

Si autem *Innocentio III.* *Canonicorum* separatim habitantium, & *Bonifacio VIII.* *Canonissarum* separatim habitantium *Collegia* *Monasteria* appellanda visâ fuerint; quâ fronte criminabuntur *Advocati Romani*, si *Pontificibus* *Authoribus*, & nos *Collegium Freckenhorstense* *Canonissarum* disjunctim habitantium *Monasterium* appellemus?

An autem *Innocentius III.* & *Bonifacius VIII.* geminis istis locis citatis, *Ety-mologiam*, & sermonis proprietatem (quod poterant) subtiliter respexerint; haud definio. Sufficit mihi, quod illi, quoquo demum in sensu *COLLEGIA CANONICORUM*, & *CANONICARUM SECULARIUM*, adèoque vitam singularem more *Freckenhorstensi* viventium, *Monasteria* appellaverint; ut eorum *Exemplo*, & nos tutò *Collegium Freckenhorstense*, & cœtera omnia *Canonissarum* *Secularium*, ubique singulatim habitantium, *Monasterium* cognominare possimus.

At dices fortè; nec *Innocentium III.* nec *Bonifacium VIII.* dictis locis videri ad illam subtilitatem, vel verborum *Proprietatem* respexisse: quia *plerumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. C. propterea. 9. de verb. signif. & subtilitas reprobatur. Cap. dilecti 6. de judic.* Respondeo primò: *Non aliter à significatione* (scilicet propria) *Verborum recedi oportet, quàm cum manifestum est, aliud sensisse loquentem L. Non aliter 69. ff. de legatis III.* ubi *Gothofredus* litt. *C. Judex &c. recurrit ad primam significationem verborum, quod si plures sint, propriam interpretationem sequitur. Et oportet per omnem viam, SUBTILITATEM, simùque Pietatem transire. Novell. 89. c. 12. §. ult. R. 2dò: Transeat: utrumque Papam, utroque loco non propriè, & etymologicè; sed impropriè, abusivè, & vulgariter locutum.*

Nam si taliter locuti sint de *Canonicorum*, & *Canonissarum* singulatim habitantium *Collegiis*; eaque in tali sensu *Monasteria* cognominârunt; in eodem prorsus sensu *Freckenhorstense* *Canonissarum* singulatim habitantium *Collegium*, nos *Monasterium* quidni vocabimus?

Et verò, si prædicti *Pontifices* citatis locis *MONASTERIA*, pro *COENOBIIIS* acceperunt; tantò faciliùs concesserim eos abusivè, impropriè, & vulgariter locutos; quod homines *plerùmque abusivè loquantur; neque propriis nominibus, & vocabulis semper utantur, ut ait L. Non aliter. 69. in fin. ff. de Legat. III.*

Quòdque tam *Jus Canonicum* quàm *Civile* se *vulgari, & communi locutioni* accommodet: Uti de *Canonico* quidem constat ex *Clem. Attendentes 2. de Statu*

Monach.

Monach. ibi : Illas quoque Mulieres, quae vulgò dicuntur Canonicae Seculares, & ex cap. 1. de Religios. Domib. in 6. ibi : De quibusdam Mulieribus, Beguinabus vulgariter nuncupatis. & ex cap. 1. de haeret. in 6. ibi : Circa custodiam carcerum haereticorum, qui muri, in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, & ex cap. 1. §. Si Pignoration. in pr. de injur. in 6. ibi : Pignorationes, quas vulgaris e locutio repress alias nominat. Ubi Joan. Andr. notat, quod vulgaris locutio est attendenda, seu consideranda, & dicitur praeferenda proprio significato. Et DICITUR VULGARIS LOCUTIO ISTUD, quod dicitur à plebe & populo. Et ibidem *V. Elocutio* : intelligas quorundam locorum : & nota considerandum, quomodò vulgus loquatur. Et rectè ait Baldus in Extrav. de Pace constantia: Omnem intellectum esse extraneum, qui non sonat in aure vulgi; hinc prudenter Cicero in Oratore. usum, ait, loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Quidni? vulgaris enim appellatio pro lege habetur. Gonzal. Gloss. 1 r. n. 69. Et ob communem usum loquendi à propria significatione receditur. Rosener. in Thesaur. L. 19. c. 10. n. 20. in fin. De Jure autem Civili idem liquet, ex L. Si Chorus 79. §. 1. ff. de legat. III. ibi : & audisse se Rusticos senes ita dicentes : Pecuniam sine peculio rem fragilem esse : peculium appellantes, quod Praesidii causâ seponeretur. Ubi vides Senum Rusticorum sententiae stari in eo, quid peculium significet : & ex L. ut Alfenus 87. ff. de V. S. ibi : Ut Alfenus ait : Urbs est Roma, quae Muro cingeretur. Roma est etiam, quae in continenti aedificia essent; nam Romam non muro tenus existimari. Ex Consuetudine quotidianâ posse intelligi; & cum dicamus Romam nos ire etiamsi extra Urbem habitaremus. Ubi iterum vides vulgari locutioni deferri. Idem plenè elucescit ex L. Librorum § 2. §. Quid tamen 4. ubi Bartol. ff. de Legat. III. L. Labeo. 7. de Supellectil. legat. L. Cum de Lanionis. 18. §. Asinam. 2. ff. de fund. instruct. L. 1. in princ. V. Circum colentium. ff. de Fluminib.

Hinc ultrò concedi potest, Summos Pontifices, dum Collegia Canoniorum & Canoniarum Secularium, hoc est singularem vitam viventium, MONASTERIA, seu COENOBIA appellârunt, in sensu vulgari locutos; nam certum est, quod talia Collegia vulgò Monasteria sint appellata, hodièque appellantur cum à vulgo, tum à Doctis vulgum secutis. NOMEN MONASTERII (audite Archi-Diaconum Officialem, & Vicarium Generalem Antverpiensem, hominem omnino practicum Franciscum Zypæum L. 3. Consult. Canoniar. de Regular. Consultat. 17. ubi ex professo de Canonicabus Secularibus discurret, num. 12. loquentem) NOMEN MONASTERII, inquit, etsi principali significatione indicet locum Regularem; tamen USUS etiam ad SECULARIA COLLEGIA transtulit tam FEMININI SEXUS, UT MUNSTERBILSEN, quàm ad CATHEDRALES VIRORUM, ut MONASTERIENSE, & ULTRAJECTINUM, atque ALIBI : eò fortè, quod POPULUS, penes quem est usus vocabulorum, vulgò non adverteret differentiam,

Nu. 320. Permitti potest hujusmodi Collegia, in sensu vulgari dicta Monasteria.
Nu. 321. Quia passim in sensu vulgari loquuntur homines.
Nu. 322. Etiam ita loquitur tam Jus Canonicum, quàm Civile.
Nu. 323. Vulgaris Locutio attenditur.
Nu. 324. Usus nomen Monasterii etiam ad Secularia Collegia, & ad Cathedralis Ecclesias transtulit. Sic Collegiata Ecclesia S. Amoris Monasterium Belisianse inter dicitur.



inter Regulares & Canonicas Domus, quas viderent symbolizare in Divinis Officiis peragendis.

Ex quo pulcherrimo Doctissimi, & Expertissimi Prælati Testimonio sequitur primò : MONASTERII vocabulum ex usu convenire SECULARIBUS COLLEGIIS tam Feminini Sexûs, quàm Ecclesiis Cathedralibus Virorum, ut Ecclesiæ Cathedrali Monasteriensi, & Ultrajectinæ, aliisque. Quis autem, si unquam Monasterii, vel Ultrajecti fuerit, non vidit suismet oculis istiatas Canonicos singulatim extra communitatem habitare, & vivere? quis, si unquam Collegium Seculare Canonissarum v. g. Essendiæ, Eltenæ, Heritiæ, Novesii, Thoræ, Monasterio - Belisiæ, Nivellis, Montibus, aut alibi offenderit; non vidit Canonicas istic singulatim habitare, & vivere? certè Nemo Germanus, tam effrons erit, ut contra ocularem Experientiam Canonissas Seculares, quas suòpote visu aspicit extra communitatem singulatim vivere, quas scit à singulari vitâ *Secularium* cognomen mutuatas; v. g. Münster - Belisiæ, & alibi separatim vivere abneget, idque Germanis persuadere audeat. Ausi id tamen sunt Advocati Romani eadem sanè prudentiâ, & verecundiâ, quâ equidem uterer, si illis contrà persuadere non erubescerem, Romam non esse in Italiâ, & Romæ nec Pontificem, nec Rotam existere; sanè quàm evidens est Romam esse in Italiâ, & Romæ Papam, Rotamque existere; tam pariter evidens est, Seculares Canonissas per Germaniam, Belgium, & Lotharingiam sparsas, nominatim in Collegio Monasterio - Belisiensi, singulatim victitare; vide ad calcem Operis litt. B Et jam temporibus Bonifacii VIII. eodem ritu victitasse, vid. num. 3. alibi que. Pudeat itaque, pudeat medullitus omnes illos, qui tam pretiosam, tam diuturnam Litem adeo manifesto errori, dicam, an mendacio inædificârunt; quo sine ullo Autore contra unanimem DD. Sententiam, mordicùs defendere non erubuerunt, Collegia Secularium Canonissarum, singulatim (ut omnes omnino habitant, & dia ante tempora Bonifacii habitârunt) habitantium non spectare ad *C. Indemnitatibus. § penult. sed ubi semel verecundia limites transgressus fueris; naviter oportet esse impudentem.* Ait Cicero.

Sequitur secundò, ex verbis illis *NOMEN MONASTERII &c. USUS etiam ad SECULARIA COLLEGIA transfudit tam Feminini Sexûs, ut Münster - Bilsen &c.* non esse Collegium Monasterio - Belisiense, Collegium Regulare (ut ineptè cum Advocatis Romanis somniat Extensor Decisionis Rotalis in Monasteriensi. Abbatissatûs Lunæ 4. Febr. 1732.) sed esse indisputabiliter, & evidenter Collegium *Seculare*; quia sub Collegiis Secularibus tanquam exemplum Regulæ à Zypæo ponitur: ibi ad Collegia *Secularia transfudit, tam Feminini Sexûs, ut Münsterbilsen*; vi quorum verborum liquet, Monasterium - Belisiense esse Collegium *Seculare Feminini Sexûs*. Ut etiam ad plenam evidentiam à nobis demonstratur à num. 65. & in fine operis litt. B.

Unde

Nu. 325.
Monasterium Belisiense vulgò Münsterbilsen Regulare non Regulare Collegium.

Unde cum S. Congregatio, Teste Rotâ in *Leodiensi Abbatissatûs post Tamburinium Decision.* 17. n. 2. declarârit, Electionem Elsiæ in Collegio Munsterbilsensi ex eo capite esse nullam; quod Elsiæ non esset legitimæ ætatis, scilicet 30. annorum; cûmque Collegium Monasterio-Belisiensi, ut aqua aquæ, in singulari vitâ, in mixtura Virorum sit Freckenhorstensi simillimum; declaratio illa S. Congregationis (quæ vim legis habet, ut patet ex num. 63. Et in super docet Cardinalis de Luca in *Relat. Romanæ Curie Forensis Disc.* 32. n. 67.) totam hanc *Freckenhorstensem*, ut *Munsterbilsensem* Controversiam clarissimè terminat. Ineptiæ sunt, quas contra hanc Decisionem Rotalem & Declarationem S. Congregationis ex Scriptis Adversariorum Extensor Decisionis Rotalis in *Monasteriensi Abbatissatûs Lunæ* 4. Febr. 1732. num. 11. adducit: *recognitum fuit*; ait Extensor de Decisione Rotali Electionem Munster-Bilsensem tangente: *Istam loqui de vero, & formali Monasterio: ut legitur in principio Decisionis: in concursu duarum Electionum, factarum de Magdalena Elsiæ, & Magdalena Bulandra in Abbatissam Monasterii S. Amoris.* Sed itane verò, ex eo, quod dicatur *Monasterium S. Amoris*; *recognoscitur esse verum, & formale Monasterium?*

An ex eo quod Asinus dicatur animal, recognoscitur, quod sit animal rationale? aut potius an ex eo, quod stella aliqua dicatur canis; recognoscitur, quod sit verus & formalis canis? an ex eo quod Metropolis Westphaliæ dicatur *Monasterium* Metropolis recognoscitur esse verum & formale Monasterium? Quis hæc audiens non rideat? an ex eo, quod Oppidum in Eiffliâ vocetur, *Monasterium-Eiffliæ*; recognoscitur Urbs illa esse *verum & formale Monasterium*? quis recognitorem hujusmodi non aut Idiotam, aut vocabit Nugonem? an ex eo, quod Regalis & Collegiata Secularium Canonicorum apud Aquisgranenses B. M. Virginis Ecclesia, quod Collegiata S. Chrysanthi & Darix apud Eiffliacos, quod Collegiata similium Canonicorum apud Munster-Meinfeldenses, *Monasteria*, hodièque, & quodammodo *Antonomasticè* ab omnibus [vulgò *Münster*] appellentur, hæ Collegiata Secularium Canonicorum Ecclesiæ *vera, & formalia* esse Monasteria recognoscuntur? certè recognitio hæc Germanis crassa ignorantia videbitur.

An denique ex eo, quod Canonissarum Secularium singulatim habitantium duo præstantissima Collegia *Ober-Münster / & Nieder-Münster* apud Ratisbonenses; quod Canonissarum Secularium singulatim habitantium præstantissimum Collegium, *Srawen-Münster* apud Tigurinos; quod Canonissarum Secularium singulatim habitantium Insigne Collegium S. Frengandi apud Namurcenses in hanc usque horam *antonomasticè* apud Doctos, & Indoctos *Monasteria*, vulgò *Münster* constanter & invariabiliter nominentur, Extensor Romanus concludit, illa esse *vera & formalia*, scilicet *Regularia, & Religiosa* (ut verba illa loc. cit. Extensor intelligit) *Monasteria?*

Nu. 326.
Refutatur
Solidè, &
acriter Ex-
tensor Ro-
talis, qui
ex eo, quod
Collegium
S. Amoris,
vulgò vo-
cesur Mo-
nasterium;
colligit il-
lud esse Re-
gulare, &
itricè di-
ctum Mo-
nasterium,
seu Cæno-
bium.
Nu. 327.
Monasteriū
vocantur
Metropolis
Westphaliæ,
& Urbs
Eiffliæ. Col-
legiata Ec-

clesia S.
Chrysanthi
& Daria
Collegiata
Aquisgra-
nensis, Col-
legiata
Münster-
Mainfel-
densis; Col-
legium
Obero
Münster /
& Nider
Münster
Ratibone;
Collegium
Graw-
Münster /
apud Tigu-
rinos; Col-
legium S.
Fregandi
apud Na-
murcenses.

Nu. 328.
Tamburi-
nius omnia
Secularium
Canonissarum Colle-
gia, Mona-
stera ap-
pellat.

Nu. 329.
Ira & Va-
nespenus
illa cogno-
minat.

Certè si ita ineptè, & falsò concludat, tota explodetur Germaniâ, diciturque in rebus, & moribus Germanicis tam peregrinus & ignarus, quam qui maxime. Jam verò tam turpis error est, Collegium Secularium Canonissarum Munsterbilsense; ex eo, quod vulgò *Monasterium* appelletur, habere pro *vero* & *formali* (hoc est *Regulari*, vel *Religioso*) Monasterio; quam ridicula aberratio foret, si quis Metropolim Westphaliæ, Oppidum Eissliæ, Collegiatam Secularium Canoniorum Ecclesiam Aquisgranensem, Collegiatam Secularium Canoniorum Ecclesiam Munster-Mainfeldensem, Perillustre Collegium Canonissarum Secularium Tigrinum, Perillustre Collegium Canonissarum Secularium Namurcense S. Fregandi, Perillustria duo Canonissarum Collegia Ratisbonensia, *Monasteria vera*, & *formalia*, sive *Regularia* ideo appellaret, quod vulgariter *Monasteria*, seu *Münster* hæc omnia nuncupentur.

Profectò, si prædictus Extensor alios præter adversæ partis Advocatos (quos cæcè sequitur) legisset Autores; si ipsam propriis oculis inspexisset Decisionem Rotalem in Leodiensi Abbatissatûs Mercurii 9. Martii 1594. (quam perperam, & corruptè, omninòque infideliter citat) certè in tam palpabilem non incidisset errorem, ut contra manifestam experientiam, contra veritatem lippis & tonforibus notam Collegium Munsterbilsense verum, & formale, hoc est Religiosum, seu Regulare Monasterium buccinaret ex eo fundamento, quod adhuc vulgò Monasterium S. Amoris, seu Munsterbilsen vocetur. Si legisset propriis oculis Ascanium Tamburinium de Jur. Abbatiss. disp. 7. quæst. 4. n. 1. & 2. vidisset omnia omnino Canonissarum Secularium Collegia dici Monasteria, ibi: *Sciendum quod sint quedam Mulieres, quæ &c. vulgò dicuntur Canonisse Seculares, quæ degunt in Germaniâ, Flandria, & Lotharingia &c. Quæ Canonisse, quamdiu Moniales sunt (hoc est in Monasterio sunt) Maritos non habent; sed possunt è Monasterio exire, & Maritos ducere. An Extensor, Monasteria talia, ex quibus Moniales, scilicet Canonisse possunt exire, & Maritos ducere, vera & formalia, hoc est Religiosa & Regularia Monasteria appellare non erubescit? Idem Ascan. Tamburin. loc. c. Disp. 17. quæst. 3. n. 8. Bis Secularia Canonissarum Collegia universim Monasteria vocitat: ibi: *Difficultas &c. oritur de Monasteriis mixtis ex utroque Sexu compositis &c. in casu, quod reperirentur in Diocesi- bus, præsertim Leodiensi (in quâ situm est Collegium Münsterbilsen) & Namurcensi, aliisque Partibus Germaniæ &c. quari potest, an Monasteria, seu Collegia prædicta Virorum, ac Mulierum sint subiecta Jurisdictioni, ac visitationi Episcoporum, nec ne? Respondeo quod ordinarii habebunt Jurisdictionem erga Mulieres, Canonissas nuncupatas.**

Si legisset propriis oculis Zegerum Vanespen. J. E. V. part. 1. tit. 33. cap. 2. (quem locum Advocati partis adversæ infidelissimè, & fraudulenter omissis, quæ ad rem faciunt, citant, ut docui num. 76.) didicisset omnia Secularium Canonissarum,

nonissarum, hoc est singulatim habitantium Collegia, Monasteria dici. Ibi: *De his Canonicis Secularibus, seu NB. vitam singularem agentibus agitur in c. 42. §. penult. de Electione in 6. cujus Author est Bonifacius VIII. qui sedit &c. declaratque formam prescriptam in Electione Abbatissarum, & Praefectarum Monialium etiam servandam in illis Monasteriis, ubi sunt juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres &c.* Dedicicissetque duplicem gravissimum, quem Extensor errat errorem, dum somniat ex nudo vocabulo Monasterii bene inferri ad *Monasterium verum, & formale*; dumque inerudite hallucinatur, Collegia Canonissarum singulatim habitantium non dici Monasteria, cum tamen omnes Seculares Canonissae singulatim habitent, & à vitâ singulari Nomen Secularium sint mutuata.

Imò, si extensor vel propriis oculis ipsum paragraphum *supradicta*, ex Capite Indemnitatibus, de Electione in 6. mediatè perlegisset; in illo pervidisset; non omnia *Monasteria esse vera & formalia*, seu Religiosa vel Regularia; sed esse aliqua laxius, & latius dicta Monasteria; eaque *Secularia Canonissarum Secularium*; cum sphis *supradicta*, ita loquatur: *Supradicta siquidem, nedum in Monasteriis, in quibus sunt Moniales viventes, sub aliquâ de Religionibus approbatis [hoc est in Monasteriis Regularibus vel Religiosis, usque veris, & formalibus] sed etiam in illis, ubi sunt juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres (Canonicae Seculares dictae) qua &c. vivunt, ut in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares, adeoque in Monasteriis Secularibus.* Si hæc propriis oculis mediatè legisset Extensor, si vel primis Dialecticæ sit imbutus principiis, ita secum argumentatus fuisset: *Monasterium, ut patet ex C. Indemnitatibus. §. Supradicta*, vocabulum est commune *Monasteriis veris, seu formalibus, seu Regularibus, vel Religiosis*; & pariter *Monasteriis Secularibus, latius & improprie dictis Canonissarum Secularium*. At at! Ergo ex eo, quod Collegium Munsterbillsense vocetur *Monasterium Regulare, seu formale*; sicut cum vocabulum animal commune sit homini, & asino; malè argumentor, quod homo ideo sit asinus; quia est animal. Hinc si Extensor, vel sphis *supradicta*, perspicacè perlegisset; nunquam ad illam delapsus esset illationem, quâ inulit, Collegium Belitense, esse *Monasterium verum & formale*; quod in Decisione Rotali *Leodiensi Abbatissarum cur.* illud Collegium, vocaretur nudè *Monasterium S. Amoris*.

Et verò, si fuisset, non verò Advocatorum contrariorum oculis Extensor præactus, vel ipsam Decisionem Rotalem *in Leodiensi Abbatissarum cur.* à capite ad calcem evolvisset; poterat, & debebat inde evidenter colligere, quod *Monasterium S. Amoris non esset verum & formale, seu Regulare, Religiosumve*; sed solum *Seculare Secularium Canonissarum*, latiusque dictum *Monasterium*; nam cum illa Rotalis Decisio

Nu. 330.
Turpis error Extensoris Rotalis ex ipso Capite Indemnitatibus refellitur.

Nu. 331.
Monasterium S. Amoris non esse Regulare evidenter colligitur ex Decisione Rotali edita

quia illic
requiritur
sunt cano-
nicum 30. &
non 40.
anni.

Nu. 332
Tridentin.
Concilium
in Regulari
Abbatissa
requirit
etatem 40.
annorum.

Nu. 333.
Extensoris
Rotalis
fraus vel
negligentia
detegitur.

edita sit Anno 1594. 9. Martii, diu scilicet post Tridentinum, & illa nulla declaretur Electio Elsiæ; præcisè, quòd annum ætatis trigesimum non explèsser; ibi n. 2. & tantò magis, quòd juxta resolutionem aliàs per Illustrissimos Dominos Sacri Concilii Interpretes in hac causâ factam, quantum ad Electionem Elsiæ, illa non potest sustineri, cum &c. constet, illam non fuisse NB. *ÆTATIS LEGITIMÆ*, 30. annorum, qua ex Dispositione d. Cap. Indemnitatibus &c. non obstante quâcunque consuetudine est necessaria in Abbatissâ: sequitur inde evidentè, quòd illa egerit non de vero & formali, seu Regulari professorum Monialium Monasterio, sed de Seculari Canonissarum Secularium Monasterio. juxta C. Indemnitatibus §. supradicta; nam si egisset de Monasterio Regulari professorum Monialium, evidens est, quòd Abbatissæ in tali Monasterio Ætas post Trident. legitima non sint triginta, sed quadraginta anni. Trident. sess. 25. cap. 7. de Regular. Ibi: *Abbatissa &c. eligatur, non minor annis quadraginta.* Ergo cum dicta Decisio Rotalis pro legitimâ ætate tantùm requisiverit triginta, & non quadraginta annos, luce meridiana clarius est, quòd dicta Rotalis Decisio MONASTERIUM Belisense non pro vero, formali, Regulari Professorum Monialium Monasterio, sed pro Seculari (ut reverâ est) Secularium Canonissarum Monasterio seu Collegio habuerit.

Nec obstat primò, quòd Extensor toties laudatus num. 11. dicat, Rotam in Leodiensi Abbatissatùs loqui de Abbatissâ, qua erat actu professa, & cui proinde ad amissim congruebat censura prædicti textus in C. Indemnitatibus, dum in eadem Decisione pro fundamento nullitatis Electionis, ex defectu ætatis præcisè allegabatur idem textus in C. Indemnitatibus, non quidem in §. Supradicta, ubi res est de istis Canonissis, sed *IN PRINCIPIO*, ubi fit mentio de Abbatissis professis.

Nam respondeo, quòd Extensor huc aut summam imposturam, aut supinam commiserit negligentiam. Vel enim suismet ille oculis prædictam Decisionem Rotalem super Electione Munsterbilsensis Abbatissæ legit, vel non? si legerit, imponit Orbi; testor enim totum Orbem, & provocho ad lectionem ipsius Decisionis, quæ nullatenus citat Cap. Indemnitatibus NB. in principio, ut fingit Extensor, sed ita citat: *cum constet illam non fuisse Ætatis legitima 30. annorum, qua ex dispositione d. Cap. Indemnitatibus &c. non obstante quâcunque consuetudine est necessaria in Abbatissâ.* Ubi vides simpliciter citari C. Indemnitatibus; non autem cum addito: *in principio.* Ergo Extensor, si suo prope oculo prædictam Decisionem evolvit, inexcusabiliter toti Orbi imposuit. Sin autem Extensor nequidem inspexit toties in duodecennali lite ab Advocatis Winckelhausicis objectam Decisionem Rotalem cum allegatione, quòd illa Decisio ob insertam Declarationem S. Congregationis præsentem litem liquidissimè decidat & terminet; si, inquam, hanc tanti momenti Decisionem nequidem inspexit, supinæ reus est negligentia & intolerabilis socordia.

Finge

Finge tamen additum esse ; in principio. Quid tum porro ? Evidens est, quod quæ C. *Indemnitatibus* in principio disposita sunt, extendant se ad Canonissas Se- culares : ibi *Supradicta* (hoc est, quæ in principio Capituli *Indemnitatibus* dicta sunt) siquidem nedum in *Monasteriis*, in quibus sunt *Moniales* viventes sub ali- quâ de *Religionibus* approbatis, sed etiam in illis, ubi sunt juxta quarundam *Pro- vinciarum* consuetudinem *Mulieres*, quæ nec propriis renunciant &c. sed vivunt ut in *Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares*, volumus per omnia observari. Ergo evidens est, quod *supradicta*, sive *Caput Indemnitatibus* in principio etiam se ex- tendat ad Canonissas *Seculares*.

Evidens porro est, quod si *Rotalis Decisio* prædicta de *Electioe Munsterbil- bilsensi* citaret *Caput Indemnitatibus* NB. in principio, cum pro legitimâ ætate *Ab- batissæ* tantum requiratur *triginta annos*, absolute intelligi deberet de *Canonissis Se- cularibus*; quæ sub *prisci Juris* dispositione relictae sunt, non autem de *Moniali- bus* professis, quarum *Abbatissa* necessariò debet esse *quadraginta*, & non tan- tum *triginta annorum*. Trident. *sess. 25. cap. 17. de Regularib.* Deinde si *Electio* *Munsterbilsensis* fuisset in *Monasterio* professorum *Monialium*, examinari oportu- fuisset primò, an octo annis post expressam *Professionem* laudabiliter vixerit *Electa* juxta *Præscriptum Trident. sess. 25. cap. 7. de Regularibus*. An *Electa* sit per *Vota secreta*, quod in *Abbatissis Regularibus* requiritur à *Trident. sess. 25. cap. 6.* An *Electio* conclusa, non per *Majoritatem* votorum, sed per *duas tertias*, quod in *Electioe Monialium* exigunt plures *Declarationes S. Congregationis*, si credimus *Cardinali de Luca* in *Annot. S. C. T. disc. 37. n. 11.*

Quæ omnia cum *Rota* in toties cit. *Leodiensi Abbatissatus* circa *Electioem El- fia* nequaquam sub *examen* vocarit; evidentissima signa sunt, actum esse de *Abbatissâ*, non *Professarium Monialium*, sed *Secularium Canonissarum*. Et posi- tivum dat d. *Decisio Rotalis* in *Leodiensi Abbatissatus* signum, quod illic agatur de *Abbatissâ Secularium Canonissarum*; dum illic n. 7. & 8. ait: *Quod procedit etiam in Electioe Abbatissæ, quæ faciendâ est à Mulieribus simul cum Masculis, ut tradit Joan. Andr. in d. cap. Indemnitatibus sub num. 3. vers. Can. Et Geminianus in 5. Supradict. n. 4. qui dicunt prædictum Textum habere etiam locum, quando Canonici Seculares adsunt simul cum Mulieribus.* An non hæc verba apertissime insinuant agi de *Abbatissâ Secularium Canonissarum* simul, & *Secularium Cano- nicorum*? An non citati *Joannes Andreae* & *Geminianus* allegatis locis manifestè agunt de *Canonissis Secularibus*, minimè autem de *Monialibus* professis? An non evidens est, quod *Canonici Seculares* soleant in *Electioe* concurrere cum *Canoni- cissis Secularibus*, non autem cum *Monialibus* professis? An non evidens est, quod *modus ille loquendi*: *Quando Canonici Seculares adsunt simul cum Mulie- ribus, per Mulieres* intelligat *Canonissas Seculares*? Evidentissimum id est ex *Jure*, quod *Canonissas Seculares*, quia non approbatæ sunt, vili *Mulierum* vo- cabulo

Nu. 334.
Si Rota in
Leodiensi
Abbatissâ
cit. al-
legasset C.
Indemnit.
NB. in
princi-
pio, nil id
in varet.

Nu. 335.
Quia ni-
hilominus
de Seculari
Abbatissâ
id intelli-
gendum
est.

Nu. 336.
Ob tripli-
cem, qua
adducitur
rationem.

Nu. 337.
Adde, quod
d. Decisio
Rotalis in-
sinuet se
agere de
Abbatissâ
Canonissar.
Secularium
propter
verba:
Quando
Canonici
Seculares
adsunt si-
mul cum
Mulieri-
bus.

Nu. 338. *Canonica Seculares abjecte Mulieres vocantur.* cabulo compellare solet : & sic compellat *Can. Pernitiosam XVIII. q. 2. Ibi: Consuetudinem quarundam Mulierum : Sic C. Indemnitatibus §. Supradicta de Elect. in 6. Ibi : Supradicta quidem nedum in Monasteriis , in quibus sunt Moniales , sed etiam in illis , ubi sunt juxta quarundam Provinciarum consuetudinem Mulieres &c. Et Clem. Attendentes 2. de statu Monach. Ibi : Illas quoque Mulieres , quae vulgò dicuntur Canonica Seculares. Adde Cardinalem Jacobum de Vitriaco in Historiâ Occidentali cap. 13. Ibi : In quibusdam Teutonicorum & Alemannorum Provinciis sunt Mulieres , quas Canonicas Seculares seu Domicellas appellant.*

Nu. 339. *Aliud indicium, cur Rota in d. Leodiensi egerit de Abbatissa seculari.* Porro Decisio illa Rotalis cit. in *Leodien. Abbatissatus* etiam n. i. sat clarè insinuat , non de Electione Abbatissae pro Monialibus , sed pro Canonissis Secularibus illic agi , dum utramque Electionem nullam declarat , quòd intervenerint Scrutatores extranei. Ibi : *Et DD. dixerunt neutram sustineri , quia in illis fuit processum per modum Scrutinii , assumptis Scrutatoribus extra Collegium contra formam cap. Quia propter de Elect. quod pro substantiali Electionis requirit Scrutatores assumendos ex Collegio ; jam autem apud professas Moniales in Electione Abbatissae Episcopus potest cum suo Vicario vel Secretario , vel alio ab ipso sumpto Vota singularum Monialium ORETENUS expressa audire , ut habet Declaratio S. Congregationis apud Gallemart. in sess. 25. cap. 6. de Regular. vers. & Abbatissatum.* At Episcopus ejusque Vicarius & Secretarius non est de Collegio Monialium. Et apud Moniales in Electione Abbatissarum Vota oretenus accipi possunt à Superioribus cum duobus testibus , ut declaravit S. Congregatio apud Gallemart. loc. cit. quod utique intelligendum est de Superioribus & testibus extra-Collegialibus. Apud Moniales Vota singulariter ac secretò proferuntur coram Episcopo vel altero Prelato , qui ea recipere solet. Cardinalis de Luca in *Annotat. ad S. C. T. disc. 37. n. 10.* Ergo Scrutatores extranei non annullant Electionem Monialium. Ergo cum Electio Munsterbilsensis utraque in Leodien. Abbatissatus ex eo capite dicatur nulla , quòd Scrutatores non fuerint de Collegio ; evidens est , quòd Munsterbilsensis Electio non fuerit Monialium Professarum , sed Secularium Canonissarum & Secularium Canonicorum ; adeoque quòd Monasterium Belisense non sit Monasterium verum & formale Professarum Monialium , sed Secularium Canonissarum.

Nu. 341. En quot & quam manifestis Argumentis ex ipsâ antiquâ Rotali Decisione in *Leodiensi Abbatissatus* elucescat , *Monasterium Belisense S. Amoris* non verum & formale Monasterium , sed Collegium esse Canonissarum Secularium , Freckenhorstensi omninò simillimum , adeoque Freckenhorstensem Controversiam jam dudum in Leodiensi Abbatissatus esse terminatam , plenissimèque decisam.

Nu. 342. Et sanè , si Rota recentior in *Monasteriensi Abbatissatus* 4. Februar. 1732. & 9. Junii 1727. antiquam & Magistralem Decisionem in *Leodiensi Abbatissatus* 9. Martii

Martii 1594. cit. tanquam Cynosuram aspexisset; certè non tam facilè, & extam falsis & confictis motivis recessisset à rectillimè Decisis in Monasteriensi Abbatissatùs 1725. die 26. Junii coram Cerro, & coram eodem die 6. Maji 1726.

Quòd facit geminum Florentissimarum in Germaniâ Universitatum concordansque Responsum: Primò, an Canonissarum Secularium singulariter extra communitatem habitantium, & cum Canonicis Secularibus unum Capitulum constituentium Abbatissa debeat esse triginta annorum juxta Capitulum Indemnitatibus 43. §. Supradicta de Elect. in 6. Respond. Affirmativè. 2dò, an id ita moraliter CERTUM & EVIDENS sit, ut NEMO rectè contrarium docere, consulere vel judicare possit? Respond. Affirmativè. Vid. in fin. litt. C.

Nec obstat secundò, quòd Extensor Decisionis Rotalis in Leodien. Abbatissatùs cit. pro probandâ Abbatissæ legitimâ, ut ait, TRIGINTA ANNORUM ÆTATE præter d. C. Indemnitatibus citet etiam Trid. sess. 25. cap. 2. de Regular. nam in hâc allegatione is Extensor manifestè errat, cum Tridentinum illo loco non 30. sed 40. requirat annos.

Nec obstat terriò, quòd Extensor Decisionis Rotalis in Monasteriensi Abbatissatùs Luna 9. Junii 1727. (quæ tertia fuit in hâc causâ Decisio, & prima Winckelhausiæ contraria) vers. Huic autem. ut ex Abbatissâ Munsterbillsensi Abbatissam Regularem & Professam, invitâ licèt veritate, excuspat vel extendat, audacter asserat, quòd in hujusmodi Collegiis mixtis aliquando adsint Abbatissa Regulares, quaque trium Regularium Votorum professionem emisissent, appositè expendit Tamburin. de Jure Abbatiss. tom. 4. disp. 47. quest. 4. n. 2. nam Respondeo primò: falsa allegat Extensor, nec somniat quidem Tamburin. loc. cit. de doctrinâ Extensoris. Sic habet: Quæ Canonissa &c. maritos non habent; sed possunt è Monasterio exire & matrimonium contrahere, exceptis paucis, nempe Abbatissâ, Priorâ Priorissam credo intelligit) & Sacristâ, quæ perpetuam virginitatem voverunt; an idem est perpetuam Virginitatem voverere, & esse Regularem? Vah ineptias! an votum perpetuæ Virginitatis Abbatissam Canoniarum Secularium trahit ad Dispositionem Trident. sess. 25. cap. 7. de Regular.?

O quæ Veritatem obscurandi libido! certè ipse Tamburinius loc. cit. Canonissarum, de quibus ait, Electionem disertè ad Caput Indemnitatibus §. Supradicta, non verò ad Trident. sess. 25. cap. 7. de Regular. refert. Ibi: Ut per Gloss. in cap. Dilecta. V. Canonissas de majoritat. & obed. dicentem illum textum loqui de his Monialibus & Canonissis C. Indemnitatibus §. Supradicta Verbo Canonissarum de Elect. in 6. & utrobique Doctores. Quæ ergo fronte dicitur Tamburinius loc. cit. agere de Abbatissis Regularibus, & quidem mixtorum Collegiorum, & quarum Electio spectet ad Trident. sess. 25. cap. 7. de Regular. & cum illic ne jota unum aut de Abbatissis Regularibus, aut de Collegio mixto, aut de citato loco Tridentini legatur? sed hujusmodi nebulis opus erat ad obscurandam veritatem.

S

Nu. 343.

Cum binarum Universitatum Germanicarum unanimi calculo Sententia nostra

contra Rotam recentiori contraria sit moraliter

CERTA & EVIDENS.

Nu. 344.

Error, quem erravit Extensor Decisionis in Leodien. cit.

Nu. 345.

Falsa allegatio Extensoris in Monasteriensi cit.

Nu. 346.

Tamburinius male ab adversariis citatus aperitè docet Sententiâ nostram.

At

- Nu. 347. *Exagitantur falsa allegationes.* At, quid cogitat Orbis eruditus, si Extensiones Decisionum Rotalium hujusmodi erroribus, ne dicam figmentis scaterere pervideat? ad minimum cogitabit vera esse, quæ de hujusmodi Extensoribus scribit Cardinalis de Luca in *Relatione Romana Curie forens. disc. 32. n. 72.* Ibi: *Supponi solet &c. quòd scilicet quandoque fortè non extendantur Decisiones ab ùsmet, qui sedendo in Rotà, & audiendo sensum Tribunalis, rectè sciunt, quanam fuerint fundamenta, quibus innixa sit Resolutio, & qua fuerint rejecta, seu non discussa, ut ita explicent, in quibus reverà Decisio consistat.* Et n. 77. Ibi: *in Extensione igitur Decisionum Ij, QUI DE HIS NON SUNT INFORMATI, reassumendo informationes Advocatorum, OMNIA CUMULARE QUANDOQUE SOLENT;* quinimò ex proprio ingenio, vel sensu ea magis exornare, ac alia superaddere, qua in Rotà discussa non sunt, imò fortè rejecta; ideoque istud reputant abusum. Quid cogitat Monasterium Belistense, seu Munsterbilsen, dum videt Abbatissam suam omninò Secularem ab Extensoribus Rotalibus in Abbatissam Regularem, seu Professam ritu Ælonis nuper esse recoctam? utique ad hanc metamorphosin altum ridet.
- Nu. 349. *Exagitantur error Recentioris Rota circa Monasterium Belistense commissus,* Quid cogitant Germania, Belgium & Lotharingia, quæ sciunt manifestè, nullas dari Canonissas Seculares, quæ non vivant vitam singularem, & à vitâ singulari SECULARIUM cognomen sint nactæ; quæ sciunt manifestè, quòd pleaque omnia, maximè insignia & præcellentia Canonissarum Collegia ex Canonicabus, & Canonicis consistunt. Quid, inquam, cogitant, dum vident in supremo Rotæ Tribunali emanatas Decisiones geminas, prioribus contrarias, in Monasteriensi Abbatissatùs, alteram Lunæ 9 Junii 1727, alteram Lunæ 4. Februarii 1732? Demirantur utique Advocatos Westerholt. malam causam peioribus evidentèrque falsis, à Collegii mixturâ & vitâ singulari petitis Argumentis ita inconsultè tutari aggressos; omniâque omninò Canonissarum, utpote singulatim habitantium Collegia Dispositioni Capitis Indemnitatibus, imò omnis Juris improvidè subtraxisse; itaque Curiam Romanam Dispensationum indè peti solitarum lucro defraudando non parùm læsisse.
- Nu. 350. *qui non tantum ex lectione Decisionis in Leodiensi Abbatissatùs,* Et verò, ut magis pateat, quàm crassus & inexcusabilis sit error, quem Romani Advocati circa Abbatissam Munsterbilsensem, ejusque Monasterium errârunt; potuisset ille non tantum ex seriâ ponderatione Decisionis Rotalis in *Leodiens. Abbatissatùs cit.* facilè discuti, sed faciliùs adhuc lectis obviis Authoribus deponi.
- Nu. 351. *sed multò maximè ex lectione Zypai discuti potuisset.* Si Advocati Romani vel levo oculo inspexissent Zypæum Belgii Papinianum, legissent apud illum in *L. 3. Consultat. Canonic. 17 de Regular.* manifestè Canonissas Munsterbilsenses esse Canonissas Seculares, & earum Monasterium esse Monasterium Seculare, reverà Collegiatam Ecclesiam. Ibi: *Jam verò Canonice Seculares adscriptæ sunt Ecclesiis Secularibus: in iis vivunt ut Canonici Seculares, Horas Canonicas decantant, Orationi & Cultui divino vacant, in sortem & partem Domini sunt vocatæ, ut Canonici.* Et infra: *docuimus CANONICAS SECU-*

SECULARES, quod ad subjectionem fori Episcopalis &c. censei Ecclesiasticas. Et infra ad rem nostram divinè: Nomen porro Monasterii etsi principali significatione INDICARET LOCUM REGULAREM, tamen usus etiam NB. ad SECULARIA COLLEGIA TRANSTULIT, tam feminini Sexus, ut Munsterbilsen, quam Cathedralis Virorum, ut Monasteriense & Ultrajectinum, atque alibi: poteratne tantus Author, rerum Belgicarum peritissimus, in Belgio constitutus Vicarius in Spiritualibus, Officialis & Archi-Diaconus de individuali hoc Belgii Collegio Munsterbilsen loqui clarius? An non manifestè docet, illud esse Collegium Canonissarum Secularium? quàm paucis, quàm aptis verbis totam illam inutilissimam vitiligationem & palpabilem cavillationem, quam Advocati Romani, post hominum memoriam primi, de vocabulo Monasterii circa Canonissalia Collegia inanissimè movent, Author hic Domesticus solvit, elidit, convellit! Pergit Zypæus infra: *Horum Collegiorum status est, ut sint Ecclesia Collegiata Seculares, & tales agnoscuntur ab Ordinariis locorum.* I nunc Extensor Romane, & totis lateribus crepa: Collegium Munsterbilsense esse verum & formale Monasterium, Abbatissam esse actû Professam & Regularem. Pergit Zypæus: *in Professionibus non tantùm inter Ecclesiasticos procedunt, Sacerdotes, Sacellanos produciunt, & Canonicos DE SUO COLLEGIO &c.* Si autem Canonicos de suo Collegio producant Canonissæ Seculares, utique Canonici sunt de Collegio Canonissarum, & cum Canonissis unum Collegium constituunt. Quàm ergo ineptè garrunt Advocati Westerholti, quòd Canonici diversum Collegium Montibus & alibi constituent? Pergit Zypæus infra: *sed & supra reliquum Clerum supereminet, dignissimum locum sustinente Abbatissâ.* Quæ ergo ineptiæ, dum dicunt Romani, CANONISSAS SECULARES in isto Mixto non esse simplex dignius & potentius, ex eo, quòd tam Canonici, quàm Canonissæ unicum in eodem Collegio representent Caput, & constituent corpus; nam Papæ! quàm bellum id, quàm doctum principium! secundùm quod, cum pes & caput in eodem homine unum constituent corpus, ex Romanorum Aphorismis caput non est dignius & præcellentius pede; & cum in eodem Capitulo ultimus Canonicus cum Decano, aliisque Dignitatibus unum constituent corpus, Decanus, & reliquæ Dignitates non erunt quid dignius ultimo Canonico: quæ paradoxa! Pergit Zypæus infra: *Denique, ut uno verbo absolvamus: VIVUNT CANONICÆ, sicut ait Bonifacius VIII. NB. IN SUIS ECCLESIIS SECULARIBUS* (attendite Romani Advocati! Magnus hic Juris Consultus non, ut Vos, in vocabulo Monasterii paratrageat; non, ut Vos, paralogizat; non, ut Vos, nodum in scirpo, Mydam in fabâ, Laurum in mustacæo quærit; sed Ligonem Ligonem vocitatus, loco Monasteriorum in sensu Bonifaciano Seculares Ecclesias ponit, & ita omnem Vobis vitiligandi & cavillandi ansam uno ictu præscindit) *sicut ipsi Canonici Viri secundùm consuetudinem quarundam Provinciarum, ut inquit ille.* Et

Nu. 352.
Zypæus fu-
susculè &
articula-
tim allega-
tur.

Nu. 353.
Is vitiligi-
gationem
de voce
Monasterii
convellit.

Nu. 354.
Docet Mo-
nasterium
Bilsense,
aliaque Se-
cularium
Canonissa-
rum esse
Ecclesias
Collegia-
tas.

Nu. 355.
Docet Ca-
nonicos esse
de Collegiis
Canonissar,
mixtis.

Nu. 356.
Et Cano-
nissas secu-
lares pra
reliquo Cle-
ro eminere.

Nu. 357.
Loco Mo-
nasterio-
rum in
sensu Boni-
faciano po-
nit Eccle-
sias secular.

Nu. 358.
Et sic præ-
scindit Ad-
versariis
omnem ca-
villandi
ansam.

Nu. 359. *Quid Zypæus inferat ex verbis: vivunt ut in Secularibus Ecclesiis Canonici seculares, quid inde nos inferamus.* *suprà Zypæus ex eo, quòd Canonissæ Seculares vivant, ut in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares, subinfert: Atqui Canonici Seculares nec voto se obligant, nec ad continentiam perpetuam tenentur &c. adeòque dimissis Præbendis ad Nuptias convolare possunt &c. Pari ego jure subinfero: atqui Canonici Seculares vivunt & habitant separatim; ergo si Bonifacius VIII. egerit de Canonissis, quæ vivunt, ut in Secularibus Ecclesiis Seculares Canonici, egit de Canonissis viventibus, & habitantibus separatim. Pergit Zypæus infrà: Canonissarum ergo Collegia Secularia sunt, non Regularia: Canonissæ absolutè Seculares, non Regulares. Quod jam satis est dictum; sed Seculares Canonica, non Laica. Ecclesia illarum non Laica est, sed Collegiata Secularis, sicut Virorum. In eà vivunt sicut Canonici, ut dicit Bonifacius VIII., non ut Regulares; non tamen magis Laica, quàm Viri Canonici. Intellexistis Adversarii statum Canoniarum Secularium? Intellexistis statum Monasterii Belisensis? quod unicum hic Zypæus, ex professo de Canonissis Secularibus tractans, pro exemplo Regulæ adducit? legite Consultationem illam à capite: ibi sub initium: *Cum pluribus superioris inferiori que Germania locis talia Collegia sint fundata, ET COLLEGÆ, ETIAM UTRISQUE SEXUS, PRÆBENDAS POSSIDEANT &c. Abbatissa, quæ Collegii Caput est &c. solenni modo ex Juris dispositione, sicut alia veri nominis Abbatissa, eligi debet. Cap. Indemnitatibus §. penult. de Elect. in 6.* Si autem talis Abbatissa mixti Collegii Caput debeat eligi, juxta *C. Indemnitatibus §. penult.* quàm luteum figmentum est Idolum Advocatorum Westerholt. quod illi hæctenus ex mixturâ constârunt, & intentioni Winckelhauficæ, ipsique Veritati audaciùs quàm feliciùs opposuerunt! certè illud Zypæi sententiâ tanquam fulmine disjicitur. Omnes notas, pergît Zypæus de Abbatissâ Canonissarum Secularium loquens, *Ecclesiastica in suo sexu Dignitatis habet; membra autem & caput diverso jure censi non possunt. Cap. Requisiti. de Testament.* Unde infert, Canonissas pari modo. ac earum Abbatissam, esse Personas Ecclesiasticas. Indè autem Ego fortissimè concludo, quòd Munsterbillsæ, & alibi in Collegiis Secularium Canonissarum, ut Canonissæ non sunt Professæ & Religiosæ; ità nec Abbatissæ sint Professæ, vel Religiosæ: maximè cum non liceat à Capite membra recedere. *Cap. cum non 12. de præscript.* & præsumi non debeat monstrum, cujus caput sit Religiosum, in membra Secularia; certè de Collegio Munsterbillsensi (cui Adversarii Abbatissam Professam affingunt) contrarium constat ex litt. B. ad finem Operis hujus.*

Poterant igitur Adversarii vel ex solo Zypæo loc. cit. non tantùm Munsterbillsensis Collegii, sed omnium aliarum Canonissalium Congregationum statum, si voluissent, didicisse, subòsque errores (si tamen verè ita sentiant, ut scribunt, quod vix credibile est) optimè dedidicisse. Sed sunt, quibus subinde error præ veritate arrideat. Si inspexissent Belgii Thucididem Myræum, *Lib. de Canonic. cap. 34.* collegissent MONASTERIUM Belisense, Collegium Secularium Canonissarum esse, vel

Nu. 362. *Solus Zypæus errorem adversariorum affatim convincit, docens Monasterium Belisense esse Seculare.*

vel ex eo, quod Myraus [qui isto libro de non aliis Canonissis, quàm de Secularibus agit] istic loci ex Professo de Monasterio Belisensi pertractet; maximè autem, quod in contextu dicat: *Belisense Monasterium hodie est Canoniarum Virginum Collegium extra Urbem Belisiam in Territorio Leodiensi. Est adhuc NB. NOMINE TENUS MONASTERIUM*, dicitur enim vernaculo idiomate Münsterbilsen, si autem sit tantùm nominetenus adhuc Monasterium eò quòd linguâ vernaculâ Münsterbilsen appellitetur; quis illud VERUM & FORMALE Monasterium vocitare salvâ poterit veritate? multò autem maximè rei veritas excitati Capituli 34. sine elucescit. Ubi dicitur: *Est Collegium utriusque Sexûs Seculare.* Quomodo autem hæc cohærent cum figmentis Romanis? quomodo cum vero & FORMALI MONASTERIO? cum Regulari & Professâ Abbatissâ? ita certè, ut lux cum tenebris, veritas cum falsitate.

Nu. 363.
Idem docet
Myraus;

Si inspexissent popularem suum Guicciardinum, legissent apud illum in Descriptione totius Belgii, signanter in Descriptione Leodii pag. mibi 508. hæc formalia: *Bilsa Perinsignis ad Demeram Flumen pagus est, Sedi Leodiensi subditus, & amplissima Abbatia, Munsterbilsen vulgò appellatâ conspicuus: Eam etiam colunt Canonica Nobili Stirpe prognata, quæ & ipsa cum visum est, Nubunt.* An ex vero & Formali Monasterio nubitur? an non hinc ad evidentiam elucet Monasterium Belisense Collegium esse Secularium Canonissarum? Scripsit autem Guicciardinus Anno 1560. triginta quatuor annis ante Decisionem Rotalem in Leodiensi Abbatissarûs Anno 1594. priùs editam. Unde ante illam Decisionem Rotalem, imò diu ante Caput Indemnitatibus, Monasterium Belisense Secularium fuit Collegium Canonissarum vid. num. 67.

Nu. 364.
Idem Guicciardinus.

Si inspexissent Decisionem Rotalem in Leodiensi Coadjutoria 17. Maji 1680. coram Vice-Comite; vidissent manifestè, Monasterium Belisense non verum, formalèque Monasterium; sed reverà esse utriusque Sexûs Collegiatam Ecclesiam. ibi: *Postquam Sacra Congregatio Consistorialis demandaverat relaxationem Supplicationis Coadjutorie Ecclesie NB. Collegiata utriusque Sexûs loci Münsterbilsensis, subinvocatione S. Amoris.*

Nu. 365.
Idem Rota in Leodiensibus Coadjutoria.

Eterit qui adhuc grunnire contra manifestam veritatem audeat; quod Monasterium Belisense sit verum & formale Monasterium; & non Collegium Secularium Canonissarum, Freckenhorstensi, ut lac lacti, per omnia simillimum? Adde Testimonium, quod lit. B. in fine habetur.

Nu. 466.
Unde evidens est Monasterium Belisense esse Secularium Canonissarum Collegium.

Ergò in facto erratum est ex Informatione Advocatorum Westerholicorum, dum Monasterium Belisense, pro vero, & formali Monasterio falsò venditârunt!

Finge reverà Monasterium Belisense, non Collegium Secularium Canonissarum; sed (ut vanè jactatur) verum esse, & formale Monasterium; tamen etiam

Nu. 367.
Si Caput
Indemni-
tatibus
compre-
hendat
mixta Mo-
nialium;
quare non
etiam mix-
ta Canonis-
sarium Col-
legia? Ar-
gumentum
hoc est ad-
versariis
insolubile.

in hâc hypothefi, si consequenter loqui velint Advocati Romani, absciffè mihi
permittere consentur; quod *Caput Indemnitatus* (etfi effec correctorium) §. *su-
pradicta*, complectatur mixta, adeoque Collegium Freckenhorstense; nam sic,
contra eos insurgo eluctabili hoc, & irrefragabili argumento: in hypothefi, quod
Monasterium Belifienfe mixtum, fit verum Monasterium, tamen (ut declaravit
S. Congregatio in Decifione Rotali in *Leodiensi Abbatiffatûs* cit. utque admittunt
Advocati Romani) nihilominus continetur Abbatiffalis ejufdem electio, Ca-
pite *Indemnitatus in principio*; ut illi, hæc duo verba corruptè adjiciunt; non
obftante, quod Caput *Indemnitatus*, tam *in principio*, quam in §. *Supradicta*.
Correctorium fit Juris juxta ipsos Adversarios; qui volunt ante *Caput In-
demnitatus* vi *Capitis cum in cunctis de Electione*, licitum fuiffe tam Regu-
lares, quam Seculares Abbatiffas eligere, in anno ætatis 25to.

Ergo etiam Jura Correctoria protendunt se ad casum mixtum. Ergo etiam
Caput Indemnitatus. §. *Supradicta*. etiamfi reverà effec Correctorium Juris,
porrigeret se ad casus mixtos, & ad Collegia Canoniffarum mixta, maximè cum
omnia omnino, quæ Capite *Indemnitatus in principio*, de Monialibus statuta
sunt, spho *supradicta*. exceptis ibi positis, ad Collegia Canoniffarum extendan-
tur, ibi: *Supradicta siquidem, nedum in Monasteriis, in quibus sunt Monta-
les &c. sed etiam in illis, ubi sunt Mulieres, quæ &c. vivunt, ut in Secularibus
Ecclesiis Canonici Seculares, volumus NB. per OMNIA OBSERVARI.*
Siergo *Caput Indemnitatus*, etfi Juris Correctorium, *in principio* se extendat
ad Monasteria Monialium mixta; quidni & spho *supradicta*, etfi correctorium
effec, se extendat ad Collegia Canoniffarum mixta? quæ hic amabo, disparitas
dari prudenter poterit? cur magis mixta Monialium, quàm Canoniffarum mixta
Monasteria sub *Caput Indemnitatus* cadunt? solidam si hic differentiam dederis,
eris mihi magnus Apollo.

Nu. 368.
Argumen-
tum idem
insolubile
mixtura
certa Ele-
ctionem
activam
non sub-
trahit Ca-
piti *Indem-
nitatus*.
Ergo multò
minus
mixtura

Sed intendo vim argumenti: in Sententia Judicum Romanorum *certa mix-
tura* non officit Electioni *Active* Canoniffarum, quin debeat fervari *Caput In-
demnitatus*. Ut ipsi concedunt in Monasteriensi Abbatiffatûs Lunæ 9. Junii
1727. coram Aldravando *vers. Quatenus vero*. Ergo nec officit *certa mixtura*
Electioni passivæ, adeoque & Collegium mixtum; *Caput Indemnitatus*, tam
in Electione passivâ, circa ætatem triginta annorum; quàm circa Electionem
activam fervare debet. Quam enim hîc somniabimus disparitatem? sed urgeo:
si mixtura *certa* non obftet Electioni passivæ; multò minùs obftabit mixtura
dubia, vel nulla; in mixtorum autem Collegiorum Electione *activa*, adest
quidem *certa mixtura*; quia eligunt Mares, & Feminae: in Electione autem
passivâ, mixtura ad summum dubia est. Imò *evidenter nulla* est mixtura, quia
eligitur tantùm Femina, persona simplex. Ergo, si Electio activa Collegiorum mix-
torum non obstante *certa mixtura* pertineat ad *Caput Indemnitatus*; multò
magis

magis ad illud pertinebit Electio passiva, non obstante mixturâ dubiâ, vel potius nulla; quia certum est, quod titulo mixti minùs noceat mixtura dubia, vel nulla; quàm mixtura certa. Quid ad hoc? certè nil nisi verba inania dari poterunt. Sed acuo adhuc magis argumentum: dicitur in Decisione penult. vers. *Hinc autem Doctori*. Abbatissam Monasterii Belisensis mixti esse Regularem: quæro jam an Canonissas quoque Regulares esse putent, vel Seculares? de Canonicis non dubitabunt eos esse Seculares; quia legunt in cit. *Leodiensi Abbatissatus num. 8. prædictum textum habere locum, etiam, quando Canonici Seculares adfunt simul cum Mulieribus*. Unde evidenter colligitur in Monasteriensi S. Amoris Electione Canonicos Seculares cum mulieribus concurrisse. Quidquid autem respondeant duplicem mixturam in Monasterio-Belisensi Electione admittant, necesse est. Unam Virorum, & Feminarum: Regularem, & Secularium alteram. Hac tamen duplici mixturâ non obstante conceditur in ultimâ hujus causæ Decisione 4. Februar. Ann. 1732. num. 11. quod Tridentinum sess. 25. cap. 7. de Regularib. complectatur Electionem munsterbilsensem, cum tamen Tridentinum loco citato (ubi quadraginta annos in Abbatissâ Regulari requirit) in principiis eorum dupliciter sit *Correctorium Juris*, nam primò Tridentinum loco citato in principiis eorum corrigit *C. cum in cunctis de Electione*; juxta illos, in Abbatissâ duntaxat viginti quinque annos exigens: Secundò: corrigit *Caput Indemnitatibus de Electione in 6. annis triginta contentum*; cum tamen Tridentinum loco citato quadragenariam ætatem omnino requirat. Ibi: *Abbatissa &c. eligatur, non minor annis quadraginta*. Jam sic fortissimè insto: mixtura non obstat quominus Concilium Tridentinum ex duplici Capite *Juris Correctorium* comprehendat Electionem monasterii Belisensis, ut falso supponitur, dupliciter mixti; ergo multò minùs mixtura obstabit, quin *Caput Indemnitatibus* (quod fingitur esse, & non est, unici Juris, scilicet *Capitis cum in cunctis de Electione*, correctorium) comprehendat Electionem Collegii Freckenhorstensis, solummodo ex Feminis & maribus, adeoque unico tantum titulo mixti; nam si mixtura obstet; evidens est, magis mixturas duas, quàm obstare unam: & si dispositio ad mixta ideo non sit extendenda, quia est *Correctoria Juris*, multò minùs erit extendenda, quia est *Correctoria Jurium*.

Unde manifestè apparet, quàm clarè etiam in falsissimis Adversariorum suppositis, nedum in sensu veritatis, militet pro nobis tota Decisio Rotalis in Leodiensi Abbatissatus cit. & relata inibi Sacræ Congregationis irrefragabilis Declaratio.

Interim verum est, verùmque manebit

*Dum juga Montis Aper, dum flumina piscis amabit;
Dúmque Thymo pascentur Apes, dum rore Cicada(a)*

(a) Virgil.

dubia vel potius nulla, Electionem passivam Capiti illi subtrahit.

Nu. 369. 3tium insolubile argumentum quod mixtura una minùs obstet, quàm duplex.

Nu. 370. S. Congregatio & Rota in Leodiensi Abbatissatus, etiam in falso adversariorum supposito, apertè militant pro Authoris Sententia.

Quod

Nu. 371. *Sequitur manifestè Monasteriū Belisense esse seculare; & hinc casum præsentem in Leodiensi Abbatissatūs cit. clarè decidi.* Quod primò Collegium monasterio - Belisense, vulgò münsterbilsen sit, fuerit-que ante annum 1594. imò ante tempora Bonifacii VIII. Seculare, non Regulare, seu Religiosum: quod secundò Sacra Congregatio ab Rota in Leodiensi Abbatissatūs num. 2. allegata, evidentissimè dirimat litem præsentem Freckenhorstianam; ità ut nec elidi, nec eludi queat falsissimis & inanissimis, quas Adversarii dant interpretamentis, seu veriùs cavillis: quod tertio consequenter sinè omni justà, solidàque causa in duabus ultimis Decisionibus à duabus prioribus sit recessum.

Sed ut in viam redeam (à qua me tantisper monasterium Belisense, ejusdem-que Status, paulò accuratiùs examinatus, avocavit) quis, si usum audiat optimum loquendi magistrum, Freckenhorsteni Collegio, ex eo quod illic separatim habitetur, monasterii nomenclationem abroget, abjudicetque?

An est, qui somniet in Cathedralibus Germaniæ Ecclesiis, adhuc servari illam dudum extinctam, in uno Refectorio, in uno Dormitorio, in uno Claustro, vitæ communitatem? at *ETIAMNUM* (verba sunt Eruditissimi Caroli du

Nu. 372. *Etiannum Cathedralis Germaniæ Ecclesiæ Monasteria vocantur.* Fresne in *Glossario V. Monasterium*) in Germanià *Cathedrales Ecclesiæ dicuntur Münster (Monasteria) ut observant Nebridius Mundelheimius Epist. 17. antiq. Monast. Et Gretzer L. 1. Observationum, ad vitam S. Willibaldi cap. 17. Itaque Ecclesiæ Cathedrales, Attrebatensem, & Cameracensem, Monasterii nomine, donat Baldricus Noviom. sic perinde Marianus Scorus &c. Ecclesiam Cathedralē Moguntia (quæ primaria totius est Germaniæ) Monasterium Episcopale, & Dodechinus Monasterium Principale, vocant. ita du Fresnius.*

Sic Cathedralis Paderbornensis Monasterium appellata est: Henschenius in Actis Sanctorum ad 10. April. in vitâ S. Paterni reclusi ibi: *Anno MCVIII. Padelbrunna Civitas cum duobus Monasteriis, id est Episcopatus, & Monachorum Feria VI. ante Palmas igne conflagravit. Ubi per Monasterium Episcopatus Cathedralis Ecclesia; per Monasterium Monachorum, Abdinghovensē Benedictinorum Cœnobium, intelligitur.*

Nu. 373. *Exemplum est in Cathedrali Monasteriensi Westphalia, à quâ tota patria nomen trahit.* Sic Cathedralis Monasteriensis, usque adeo Monasterii nomen non est dedignata; ut illud etiam in hunc usque diem, & toti Civitati Monasteriensi (quæ Monasterium hodièque appellatur) imò & toti Patriæ tanquam titulum honorarium communicarit. Quod autem Cathedralis Monasteriensis Monasterii nomen ferat; cum ex ipsâ voce *Monasteriensis*, tum passim ex Historicis elucescit. De hac Cathedrali ità scribitur in Actis Sanctorum Belgicis in Vitâ S. Ludgeri Monasteriensium Proto-Episcopi ad 26. Martii num. 20. *Rex Carolus eundem Virum Dei Ludgerum, Pastorem in Parte Occidentali Saxonum constituit, cujus Parochia & Sedes Principalis, in Pago Sudergoe, in loco cujus vocabulum est, Mimigernesfort (nunc Monasterium, urb. celeberrima) ubi Domino ipse honestum construxit Monasterium, sub Regulâ Canonica, Christo famulantium.* Per quod Monaste-

Monasterium, Historici Monasterienses Collegium Cathedrale intelligunt; cum Divus Ludgerus apud Mimigernfordenses, seu Mimigardenses non aliud, quam Cathedralitium Monasterium extruxerit. Clarius id adhuc liquet ex Henschenio loc. cit. num. 39. ubi ita de Divo Ludgero loquitur: Qualiter Monasterium, Episcopalem suam Sedem respexerit. Et ex Diplomate Sancti Erphonis Monasteriensium Episcopi Freckenhorstensis nostris Canonissis dato, apud Boichorstum, Scriptorem Domesticum in vita S. Erphonis. ibi: Secundum illas carnes, quae Monasteriensibus Fratribus in majori Monasterio dantur. Ubi per majus Monasterium nemo non Cathedrale Collegium intelligit. Unde recte eruditissimus Westphaliae Polyhistor, Nicolaus Schaten ad annum Christi 796. verissime scribit: Passim à Scriptoribus Monasteria Canoniorum haud secus, ac Monachorum appellantur. & infra: nihil Scriptoribus frequentius, ut sit NB. Supervacuum hoc velle monstrare, ex quo vocis usu Urbs, & Diocesis Monasteriensis à celebri tum apud illos Monasterio, quod Canoniorum erat Collegium, ETIAMNUM nomen suum retinent.

Si autem Cathedralia Collegia, seu Ecclesiae ETIAMNUM non obstante notoriâ vitâ singulari recte Münster, seu Monasteria, nuncupari possint, & actu nuncupentur; quis Collegiis Secularium Canonissarum tot secularis quiete possessum disputabit Monasterii nomen sub inanissimo praetextu, quod in illis non servetur vita communis, in uno Claustro, in uno Refectorio, in uno Dormitorio &c. &c.? Estne, qui vel hiscere ausit, quod in Collegiatis Ecclesiis Canonici Seculares impraesentiarum, & à temporibus Bonifacii Octavi, in antiquâ vitâ communitate claustraliter perfistant? & tamen quis nescit, & moderno tempore per Germaniam Collegiatis Ecclesias Münster, seu Monasteria etiam antonomastice appellari? Quis unquam in Regiâ Caroli Magni Urbe Aquisgrani fuit; & non audivit illic Principem Basilicam Münster, seu Monasterium à Summis, imis, Medioximis vulgò vocari?

Quis Eiffliam perlustravit, & non advertit in illius Metropoli Collegium Secularium Canoniorum SS. Martyrum Chrysanthi & Dariae promiscue ab omnibus Münster, Monasterium, indigitari. Münstermeinsfeld, sive Monasterium Meinsfeldense (quod insigne est in Patriâ Trevirensi Canoniorum Secularium Capitulum) nomen Monasterii, quod fert, toti isti communicat districtui; cui Münster-Meinsfeldia, seu Monasterio-Meinsfeldia nomen est. Si autem usus Collegio Secularium Canoniorum seorsim habitantium nomen Monasterii indere potuit; indere Collegio Secularium Canonissarum cur non potuit? sunt pariter Canonissarum Secularium Collegiata Ecclesiae: & hae, & illae vocantur Monasteria; & ne sciolis justa daretur ansa disceptandi; qualia Bonifacius VIII. Capite Indemnitatibus §. penult. intelligeret Monasteria Canonissarum Secularium;

Nu. 374.
Cathedralis Monasteriensis antonomastice Monasterium vocatur.

Nu. 375.
Vita singularis non impedit, quin Cathedralis Ecclesia Monasteria vocentur.

Nu. 376.
Collegiata multa hodieque in Germaniâ Monasteria nuncupantur. ut Aquisgranensis, Monasterio Eifflia, Monasterio Meinsfeldensis.

T

ex-

expressè addidit : in quibus Monasteriis , ita viveretur , ut vivunt in Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares. Ne quis Monasteria strictius dicta , vel Claustralem vitæ communitatem desiderantia contra expressum textum requirere , nisi cavillatoriè , possit. Sed quibus non indagandæ , sed oppugnandæ veritatis studium est , nemo unquam sat clarè leges condiderit ; habebunt semper nebulas , quibus vel Solem Meridianum obfucent.

Quis nisi in universis Ecclesiis Secularibus communiter victitari , & habitari ? Et tamen utque adeo universæ Ecclesiæ , præsertim in Germaniâ nomen Monasteriorum retinuerunt , & retinent : *Universim Ecclesiæ omnes Monasteria dicta.* Dufresne in Glossario med. & infim. Lat. V. Monasterium.

Nu. 377. *Omnes Ecclesia Monasteria sunt dicta.* Et Appellatione **MONASTERII** veniunt Ecclesiæ Seculares. Tuschus Practicarum Concl. litt. M. concl. 338. n. 5. liquet ex Concilii Rothomagensis celebrati Anno 1072. capite 14. ibi : *Nuptia non in occulto fiant ; neque post prandium ; sed Sponsus , & Sponsa jejuni à sacerdote jejuno in Monasterio benedicantur.* An hic *Monasterium* significat locum , in quo in communi vivitur ? communiter estur ? communiter laboratur ? communiter dormitur &c &c ? si autem *Secularibus Ecclesiis* nomen Monasterii eripere non potes ; quo Jure id Collegiis Secularium Canonissarum auferes ?

Nu. 378. *Titulus hujus causæ. nempe Monasteriensis Abbatissatus : ad verjariorum cavillationem consumit.* An necdum perpudet Romanos Advocatos litis de voce *Monasterii* contra mentem Bonifacii octavi , contra communem loquendi usum , contra omnes Autores , inauspicatò sanè , & indoctissimè motæ ? certè si vel titulum hujus causæ , scilicet *Monasteriensis Abbatissatus* : Romani inspiciant ; cur de objectiunculâ sua erubescant , habent ; nam ut impudens foret scilicet facinus , si Diocesi isti Monasteriensis titulum (quem à majore Monasterio , Cathedrali Ecclesiâ hausit) sub quocunque prætextu in controversiam vocare vellent ; ita longè impudentissimum est Freckenhorsteni Collegio *Monasterii* titulum (quem & usus , & Bonifacius VIII. omnibus hujusmodi Canonissarum Secularium , hoc est singulariter viventium Parthenonibus imposuit) ademptum ire , & sub hoc prætextu Electionem Freckenhorstensem à dispositione Capituli *Indemnitatibus* abjugare , & absolvere. Si autem vocabulum

Nu. 379. *Abbatissa, Abbatissatus, & Monasterium, correlativa sunt.* *Abbatissatus* penitius expendatur , an non id Relationem ad *Monasterium* dicitur an non correlativa sunt , *Abbatissa* & *Monasterium* ? Ubi *Abbatissa* sinè *Monasterio* ? nempe *Abbatissa* in sensu pressiore , *Monasterium* strictius dictum ; contra *Abbatissa* latiùs dicta (quales sunt Antistitæ Secularium Canonissarum) *Monasterium* latiùs sumptum essentialiter respicit ; ita ut qualis *Abbatissa* , & qualis *Abbatissatus* ; tale sit *Monasterium* : nam Schardius in *Lexico Juridic. V. Abbatissa* , sic ait : *Abbatissa dicitur Ascetiarum Antistes* : Jam autem **ASCETERIA** vocantur *Monasteria* in Codice Justiniani. ut inquit *Henrichus Petri* in suo *Dictionario V. Asceteria*. Hinc meritiò hujus

Con-

Controversiæ Rubrica : *Monasteriensis Abbatissatus*, ruborem Adversariis incutit, ut qui Freckenhorstensis, *Abbatissa* & *Abbatissatus* vocabula, gratis permittunt; *Monasterii* autem nomenclaturam omnibus copiis, & toto inanissimorum verborum exercitu eisdem ereptum eunt. Sed quàm manifestè, quàmque turpiter hallucinentur, ad plenam satietatem, utinam non ad Nauseam! sequens demonstrabit Articulus.

Sphi TERTII

ARTICULUS SECUNDUS.

Exuberanter evincit, individuale Collegium Freckenhorstense, similiâque omnia Secularium Canonissarum Collegia, & nunc, & olim nullo habito respectu singularis vitæ, vocari Monasteria, Cœnobia, imò Claustra apud Doctos, & Indoctos.

I Gnoscite Lectores Germani, ignoscite Belgæ, & Lotharingi; quod dum rem lippis & tonsoribus apud vos notam, tam operosè demonstrare conor; actum agere & vestrâ abuti videar patientiâ. Solem me [quod ajunt] accensis facibus adjuvare diceris. Ita est: Solem; sed *veritatis*, qui quidem apud vos, plenissimo meridie, & pueris micat, & puellis; sed qui apud Adversarios plusquam Cimeriis falsissimorum sophismatum, cavillorum, paralogismorum tenebris, non obductus tantum; sed potius extinctus est; accensis facibus adjutum eo. Quare, ut laboranti veritati succurram, ea hoc loci expedio argumenta; quibus vel ipsa Impudentia contradicere erubescat. Negant & pernegant Advocati Westerh. Collegium Freckenhorstense, similiâque (ubi singulatim habitatur) Canonissarum Secularium Collegia esse, & vocari Monasteria; adeoque illis haud convenire literalem dispositionem *Capitis Indemnitatibus*, totis lateribus ad ravim usque clamant. Sed Freckenhorstense & omnia similia Collegia esse & vocari *Monasteria*, *Cœnobia*, subinde etiam *Claustra*, *millenis*, imò panè *infinitis*, si vacaret, evincere possem testimoniis. At cum Natura & Jura horreant omne superfluum. *L. 1. §. Quibus. 2. de nov. Codic. L. fin. C. Qui admitti ad honor. possession. & in proem. decretal. ibi: ressecatis superfluis*; tot tantum producam, quot pertinacissimum etiam, dummodo rationis compos sit, convincere possint.

Nu. 380.
Cur res clarissima tam operosè probetur.

Nu. 381.
Collegia Canonissarum, Monasteria dici infinitis posset probari Testimoniis.

Nu. 382. *Superflua fugienda.* Ordior ab individuali Collegio nostro *Freckenhorstensi* : quoties non illud **MONASTERIUM COENOBIVM**, imò Claustrum à Neotericis, usquequaque eruditissimis Scriptoribus appellatum est : Pater Nicolaus Schaten S. J. celeberrimus Westfalix sub Episcopo Ferdinando Fürstenbergio Historiographus, editus Neuhausii anno 1693. *Part. 1. Annal Paderbornens.* ad ann. 860. pag.

Nu. 383. *Freckenhorstense Collegium ab Eruditissimis hodieque Monasterium,* 153. *ad marginem*, hæc habet formalia : **FUNDATUR MONASTERIUM FRECKENHORSTENSE** : in contextu verò ista : *Magna fuit per Westfaliam emulatio Religionis in fundandis &c. Monasteriis* ; accessit enim post *Hervordense & Bodocense*, **COLLEGIUM FRECKENHORSTENSE** ; ubi vides vocabulum *Monasterii & Collegii* confundi. Et infra : *Alterum post id tempus Monasterium Herskrocense &c. constructum.* Ergo respectu illius primum fuit Freckenhorstense Monasterium.

Idem Schaten in Indice V. *Monasteria*. Ibi : *Monasteria & Collegia Virorum & Feminarum conduntur. Asbecense &c. Eltenense &c. Essendiense &c. Freckenhorstense &c.* En, ut Eruditissimus hic Scriptor vocabula *Monasterium & Collegium* hic pro Synonymis habuerit !

Joannes Bolandus S. J. nobilissimus Actorum Belgicorum in vitas SS. Scriptor Hagiographus Anno 1643. in vitâ S. Thiatildæ, primæ Collegii Freckenhorstensis Abbatissæ, in *Addend. ad 30. Januarii*, habet sequentia de nostro individuali Collegio :

Pag. 1154. ad marginem primæ Columna : *S. Thiatildis MONASTERIUM ubi situm.* intellige, Collegium Freckenhorstense.

Pag. 1156. column. 2. in medio : **MONASTERII FRECKENHORSTENSIS origo.**

Pag. 1157. ad marginem col. 2. de Ewerwordo Freckenhorstensi Fundatore : *Templum struxit &c. dein MONASTERIUM.*

Pag. 1158. in contextu : *Beata autem Geva usque ad finem vitæ in prædicto FRECKENHORST MONASTERIO perseveravit &c.*

Pag. eadem in contextu : *Dubium non est*, permultos mirari, cur prædictus Beatus Vir Ewerwordus Possessionem suam Virginibus, S. Bonifacio famulantibus tradiderit; cum NB. nullum aliud *Monasterium* Virginum in his regionibus illi attulatum sit.

I nunc Logomache, & Nomenclationem *Monasterii* (quam toties à duobus eruditissimis & expertissimis Scriptoribus, ut alios innumeros præteream, Collegio Freckenhorstensi dari vides, & invides) eidem abscisè sub quovis prætextu etiam vanissimo denega. Certè quivis impartialis hinc manifestè colliget, quòd & Eruditi hac in re vulgari elocutioni conspirent, quâ Freckenhorstense, similiæque Collegia olim, ut nunc *Monasteria* vulgariter appellantur. ; ut ipsi Adversarii concedere coguntur in *Restrictu facti & jur. in tertiâ proposit. num. 60.* Ibi : *Attestatur*

restantur & deponunt, quòd Freckenhorstense & similia Collegia Canonissarum antiquitus, ut à Majoribus suis audiverunt, vocata sint Monasteria; & adhuc hodie vulgariter vocari Monasteria à plebe seu Rusticis soleant, quod quidem testimonium ex eo Adversarii oppugnant, quòd cantet vulgariter à Plebe & Rusticis vocari MONASTERIA; quasi verò vulgari locutioni haud sit deferendum. Sed toto cælo Viri boni à vero aberrant, cum à num. 321. quàm prolixè, tam evidenter probaverim, vulgari locutioni inhaerendum quàm maximè, ut cui se tam Jus Canonicum & Civile, quàm omnes Eruditi accomodent.

Maneat itaque tanquam certo certius, quòd individuale hoc Freckenhorstense Collegium apud Doctos peræquè atque apud Indoctos, & prisca & nostris temporibus MONASTERII nomine veniat; quòdque eapropter illi Caput Indemnitatibus non sensu tantum, sed & literà tenus, punctualiter & exactissimè conveniat; maximè cum dudum Demonstratione 2dâ, 3tiâ, & 4tâ plenè evictum sit, quòd ipse Legislato Bonifacius VIII. non aliis Canonissis, quàm singularem habitantibus, & extra Communitatem (ut vivunt Canonici Seculares in Ecclesiis Secularibus, quæ pariter MONASTERIA nuncupantur teste numero 372.) viventibus Legem præscripserit, in Cap. Indemnitatibus §. penult.

Nec MONASTERII tantum, sed & COENOBII vocabulum passim à gravissimis Scriptoribus individuali Freckenhorstensi Collegio imponitur.

Ex hac porrò Geva imagine (verba sunt supra laudati Bolandi loc. cit. pag. 1156.) facere conjecturam licet, non Monachas principio &c. sed Canonicas fuisse, ab ipsa institutione hæc Sanctimoniales &c. quid, quod Puellarum appellatio ex Ludovici Pii formulâ, Canonicarum ferè propriâ, in citatis Libris Ritualibus aliisque hujus NB. COENOBII monumentis, perpetuò his tribuitur.

Idem paulò antè pag. scilicet 1154. Ipsa certè Thiatildis præclarâ amita sua institutione ad omnem adolevit laudem, uti & præfici COENOBIO meruerit; scilicet prima Freckenhorstensium Abbatissa.

Pag. eâdem: Elisabetha Comes de Monte, Abbatissa Templi COENOBIIQUE restauratrix, quæ circa annum 1610. præfuit.

Pag. 1159. Erat in Ecclesiâ eâdem, nomine Legvvech, ad quam mox facta est Vox Cælitus, ut crucem &c. ad quoddam COENOBIIUM, quod FRECKENHORST vocatur, deferret. En Collegium Freckenhorstense usque ad eò Voce cælesti Cœnobium seu Monasterium appellatur. Et erit adhuc, qui contra illud nomen coaxare ausu? taceant Rana, dum Cœlum tonat!

Pag. eâdem Cum magnâ festinatione usque ad COENOBIIUM FRECKENHORST &c. properabat.

Pag. eâdem At illi omni dilatione posthabita &c. S. Crucem cum maximâ veneratione ad COENOBIIUM istud perduxerunt.

Eruditissimus Henschenius, Bolandi in vastissimo illo opere strenuus Coadju-

tor in vitâ S. Ludgeri 26. Martii n. 57. litt. O. ita scribit : *Est FRECKENHORST Nobilium Canoniarum COENOBIVM, in Monasteriensi Diocesi prope Oppidum Warendorp, quo de Oppido ac COENOBIO fuse actum tom. 2. Januarii pag. 1154. ad vitam S. Thiatildis.*

Albertus Boichhorst, curiosissimus & accuratissimus Monasteriensium Scriptor in vitâ S. Erphonis decimi septimi Monasteriensis Episcopi editâ Monasterii Anno 1649. duo exhibet Diplomata, Freckenhorstensis ab hoc Præsule concessa, in quorum utroque Collegium FRECKENHORSTENSE COENOBIVM appellatur in primo : *Ejusdem videlicet FRECKENHORSTENSIS COENOBII Sororibus.* In secundo : *Tertiam Præbendam FRECKENHORSTENSIS COENOBII.* Ubi vides *Cænobium* adhuc vocari post factam divisionem Præbendarum, abjectamque vitam communem.

Nu. 385.
Imò Claustrum appellatur.

CLAUSTRUM quoque, etsi rarius, idem individuale Freckenhorstense Collegium indigitari leges. Bolandus loc. cit. pag. 1158. litt. B. ibi : *Ejusdem tamen generis mala sunt hodie in horto Claustrum FRECKENHORST.*

Idem pag. 1156. ibi : *Ad sinistrum Templi latus jacet vetus & amplum CLAUSTRUM Canoniarum.*

Quàm ergo futile, quàm inanis, quàm ridicula est Controversia, quam Advocati Westerholtici nullius Doctoris auctoritate instructi, contra omnium Authorum Sententiam, contra binarum Florentissimarum Universitatum Responsa, contra Praxin totius Belgii, contra antiquam Rotæ mentem, contra iteratas S. Congregationis Declarationes temerè excogitarunt de nudo Monasterii vocabulo?

Sed hætenus de solo Collegio Freckenhorstensi pauca Testimonia primoribus labris delibavimus. Ea autem, quæ de similibus Collegiis apud Authores passim occurrunt, quis sub sensum & in numerum cogat?

Cynphia segetis citius numerabis aristas. (a)

Vere prius flores, æstu numerabis aristas. (b)

Nu. 386.
Omnia Canonissarum Secularium Collegia olim & nunc Monasteria vocantur.

Certè, quotquot de Canonissarum Secularium Collegiis tractant; Ea, ut olim, ita nunc quoque MONASTERIA vel COENOBIA sine omni scrupulo vocant, non obstante, quòd jam ante tempora Bonifacii à communi ad privatam vitam secesserint; ut luculentissimè demonstratum Demonstrat. I.

Sic Collegium Secularium Canonissarum Nivellense Monasterium appellat Myræus de Colleg. Canonic. cap. 38. ibi : *Id MONASTERIUM n.odd est Capitulum utriusque Sexus, in quo Canonissa nobiles & seculares digniorem locum obtinent.*

Nu. 387.
Pater in Collegio

Sic Collegium Secularium Canonissarum Thorense idem Myræus cap. 64. MONASTERIUM cognominat. ibi : *Quod ad Thorense Monasterium, est illud hodie Nobilissimarum Virginum Canoniarum illustre ac potens Collegium &c. quibus quidem Virginibus in sacris muneribus obeundis SUBSERVIUNT sex Canonici.*

Nu. 388.
& Thorense,

(a) Ovid. de Pont. L. 2. E. 7. dist. 9. (b) Idem L. 4. Trist. E. 1. dist. 29.

Pari cognomento Thomafinus parte 1. Libr. 3. cap. 63. n. 6. Collegia Canoniffarum Secularium MONTENSE & MALBODIENSE donat ; dum ea COENOBIA intitulat. Ibi : EJUSMODI sunt NB. ADHUC celeberrima Canoniffarum Nobilium COENOBIA apud MONTES, MALBODII, & alibi. Ubi nota tò ADHUC ; nam inde evidenter fequitur, quòd eruditiffimus hic Author, cum omnibus aliis fentiat, Collegium MONTENSE, MALBODIENSE, aliàque fimilia non tantum olim, fed ADHUC COENOBIA feu MONASTERIA effe & dici.

Nu. 389
Et Montensi Malbodiansique & aliis.

Quoties non Curie Romanæ Phcenix, Practicorum Dux, Cardinalis de Luca (qui unus ut Plato in hac materia iustar omnium effe poffit) quoties non ille pronuper in per brevi difcurfu Illuiffimum Collegium Effendiense, Freckenhorftensi perquam vicinum, & in quo Canoniffæ plurimam partem Sereniffimæ, utpote natæ Principes Canonice mixtæ, ut fit in totâ Germaniâ, feperatim in diftinctis Curis, in loco immunitatis habitant ; eique fubjectum Collegium Rellinghufanum MONASTERIUM compellavit ? de Jurisdiction. tot. difcurf. 25. ? Curiofitatis caufâ ad plenam Adverfariorum confufionem numerum ineamus. Primò : in titulo fic habet : Colomensis, feu nullius. Exemptionis. Pro Abbatiffâ MONASTERII ESSENDIENSIS. Secundò : Difcurfum fic inchoat : MONASTERIUM ESSENDIENSE, cujus Abbatiffa Principis & Prelati figuram facit. Tertio pergit : Habet fub fe MONASTERIUM feu COLLEGIUM Rellinghufanum, cujus Prapofita per illas MONIALES feu CANONISSAS eligitur folita, per iftam Abbatiffam confirmatur. En ! ut nomen MONASTERII & COLLEGII de Capitulis fecularium, feorsimque indubitatè habitantium Canoniffarum loquens tantus tamque practicus Author confundit ! Quarto ibi : Et cujus MONASTERII feu COLLEGIJ Ecclefie annexa eft cura animarum. Quintò ibi : Idcirco Archiepifcopus iftud MONASTERIUM feu COLLEGIUM Rellinghufanum vifitare volebat. Sextò ibi : Utrumque MONASTERIUM fubjectum habebat Clerum & populum &c. Septimò ibi : Difficultatem non levem habebam etiam cum ipfomet principali MONASTERIO ESSENDIENSI. Octavò ibi : Cum Privilegia exemptiva, quantumvis ampla fuffragentur quoad iftum MONASTERIUM & Perfonas intra ejus ambitum, non quoad Clerum. Nondò ibi : Utrumque MONASTERIUM &c. non cadit fub dictâ delegatâ Jurisdictione. Decimò ibi : cum Privilegia exemptiva difponerent de MONASTERIO ESSENDIENSI. Undecimò ibi : An fcilicet iftud effet unicum, & de menfa dicti MONASTERII principalis. Duodecimò ibi : Exemptio competens MONASTERIO principali, competat etiam ejus Grancis. Decimò tertio ibi : Reperentur res ipfius, & prædia ipfius MONASTERII, feu Ecclefie principalis. Decimò quarto ibi : Dici poffet MONASTERIUM feu Ecclefiam &c. natam effe fubditam &c. Decimò quinto ibi : Fama iustificabatur iftud MONASTERIUM feu COLLEGIUM Rellinghufanum.

Nu. 390.
Practicorum Rex, Cardinalis de Luca, noftris temporibus vigefies Collegium Effendiense & Rellinghufanum Monasteria appellat. & vel folus Romanos carillos difpat.

busanum. Decimò sextò ibi : Fundatum esse per quendam Abbatissam hujus MONASTERII Effendiensis. Decimò septimò ibi : Ipsum MONASTERIUM, principale quedam victualia &c. suppeditat. Decimò octavo, ibi : Præcipuum dicebam illud scientiæ & patientiæ Abbatissæ MONASTERII Principalis. Decimò nonò, ibi : Et in Terminis specialibus Emptionis Consimilis MONASTERII. Vigestimò & ultimò : Quando istud COLLEGIUM esset independens à dicto altero MONASTERIO.

En in tantillo Discursu Præxeos Romanæ Primpilus & Princeps non paucioribus, quàm omnino viginti vicibus Collegia Secularium, & notoriè seorsim habitantium Canonissarum, MONASTERII titulo ornat an onerat?

Et erit qui in posterum vel mutire audeat, hujusmodi Collegia non esse Monasteria? an necdum erubescunt Advocati Romani Westerholtici; quod Monasterii nomen Collegiis Secularium (quæ omnes seorsim habitant) Canonissarum Collegiis ausi sint detrahare, & in illo futilissimæ suæ vitilitigationis fundamentum ponere? an & Eruditissimo Cardinali de Luca, ut aliis Autoribus impingent; quod dum Collegia Canonissarum Secularium adeoque singularim, more Canoniorum Secularium habitantium, Monasteria vocat; sit NB. Persona ignara Juridici effectus? vah, quæ ineptiæ! dicere, quòd Persona, quæ Collegia Secularium Canonissarum extra communitatem habitantium MONASTERIA vocitant; ignara sint Juridici effectus. Ignarus ergo Juridici effectus fuit ipse Pontifex Bonifacius VIII. qui Canonissarum, suo tempore seorsim habitantium (ut demonstratum Demonstratione 1mâ, 2dâ, & 3tiâ) Collegia C. Indemnitatibus, §. penult. Monasteria appellavit.

Ignara Juridici effectus fuit, S. Congregatio, una cum Rota; quando utraque in Magistrali Decisione 17. post Tamburinium, Collegium S. Amoris Belisense Canonissarum separatim habitantium, ex usu quotidiano Monasterium appellavit.

Ignarus fuit Juridici effectus practicissimus Cardinalis de Luca; dum in brevissimo uno discursu, duo Canonissarum singularim habitantium Collegia Monasterii nomine vigesies insignivit.

Ignarus Juridici effectus fuit Doctissimus, & Publicus Lovaniensium Professor Vanelspen; dum part. 1. Jur. Ecclesiastici Univers. tit. 33. n. 15. de Collegiis Canonissarum Secularium distinctè habitantium; ita scribit: De his Canonissarum Secularibus, seu vitam NB. SINGULAREM agentibus, agitur in cap. 43. §. penult. de Electione in 6. ubi ait: à Bonifacio earum COLLEGIA, Monasteria dici. Ignari Juridici effectus fuerunt Viri omnigenâ Doctrinâ perpoliti, Thomasinus, Myraus, Bolandus, Henschenius, Schatenus, aliique passim, qui Collegia talia Monasteria nuncupant. Sed qui talia garriunt; tantis viris nec

Nu. 391. Exploditur cavillatio adversariorum garrientiū illos, qui Canonissarum Collegia Monasteria vocarint, ignarose esse Juridici effectus.
Nu. 392. Talia Bonifacius ipse, S. Congregatio, Rota, Cardinalis de Luca, Vanelspen, Thomasinus, Myraus Bolandus, Henschenius, Schatenus aliique innumeri hodie Monasteria nuncupant.

con-

conferri merentur. Quare, ut me ad Quincuncem Advocatorum Romanorum Westerh. convertam,

I nunc, & nudo pugna de nomine; si non
Belligerator eris, Verbigerator eris.

I nunc, & celeberrima Secularium Canonissarum *discretim* habitantium Collegia, nimirum MONASTERIUM S. FREGANDI apud Namurcenses; MONASTERIUM Superius & Inferius apud Ratisbonenses; MONASTERIUM Dominarum apud Tigurinos; MONASTERIUM BELISIENSE, sive MUNSTERBISEN apud Leodienses, aliisque similia Collegia MONASTERII nomine spolia; nil nisi risum indestaueres. Nec refert quod Advocati Romani Westerh. testes adducant testantes, quod Freckenhorstense Collegium non sit, vel dicatur Monasterium; Nam in his testimoniis utique Romæ conceptis, & præscriptis *Nox nocti* (ut hinc illud Psalmistæ Ps. 18. opportunè adhibeam) *indicat Scientiam*; nam ex ventre & contextu talium Testimoniorum patet; quòd Testes eundem errorem errârunt cum Advocatis Romanis hallucinantibus, quòd Monasterium esse non possit, ubi non vigeat vitæ Communio, in uno Claustro, in uno Triclinio, in uno Dormitorio; quod, si fortè requiratur ad rationem Monasterii strictissimè dicti; certè ad rationem Monasterii latius accepti, de quo Bonifacius VIII. in C. *Indemnitatibus*. §. *penult.* agit, quòdque Canonissis Secularibus id temporis jamtum, & dudum antè, privatim habitantibus assignat, minimè gentium desideratur. Adde, quod Testes illos appareat homines omninò rudes fuisse, dum testantur, quod COLLEGIUM FRECKENHORSTANUM OMNINO LAICALE SIT; nam apud Doctos omnes expedita veritas est, quod hujusmodi Canonissarum Secularium Collegia non *Laicalia*, sed *Ecclesiastica* sint; sicut & Canonissarum Secularium Collegia nemo, nisi stupidus, Collegia *Laicalia* appellaverit; cum indubitatum sit esse *Ecclesiastica*; sed boni Testes, si non Latini Sermonis, Juris Canonici certè ignarissimi, somniârunt Synonyma esse, tò *Laicale*, & tò *Seculare*; Unde & ipsos Jure retorsionis Canonissæ Seculares, meritò *Canonicos Laicales* compellabunt. Sed audiant præclari Testes Zypæum in Consultat. *Canonic. de Regularib. Consultat. 17. vers. Canonissarum ergo. Ibi: Seculares Canonica; non Laica. Ecclesia illarum non Laica est; sed Collegiata Secularis, sicut Virorum: in eâ vivunt, sicut Canonici, ut dicit Bonifacius VIII.* Ergo Bonifacius VIII. Autore Zypæo per *Monasteria C. Indemnitatibus*. §. *penult.* intellexit *Collegiata Seculares Secularium, seorsim habitantium, Canonissarum Ecclesias, non ut Regulares* (scilicet communiter vivendo) *Non tamen magis Laica, quàm Viri Canonici.* Et ex hoc textu discent *Collegium Freckenhorstanum, non omninò Laicale; sed esse omnino Ecclesiasticum.*

Nu. 393.
 Collegia
 quadam
 Canonissarum
 Secularium
 Anonyma
 mastice
 Monasteria
 vocata.

Nu. 394.
 In quo percent testes
 Adversariorum.

Nu. 395.
 Testes ignorantissimè dicunt
 Freckenhorstense Collegium, esse omnino Laicale.

Nu. 396.
 Collegia Canonissarum Secularium Ecclesiastica sunt, & vo-

*cantur Ec-
clesia Colle-
giata Secu-
lares, &
illa ad C.
Indemnitati-
bus perti-
nent.*

sticum. Discent etiam *Monasterium* esse & dici non quidem *Regulare*, vel *Religiosum*; sed *Seculare*, sed *Ecclesiasticum*: sed in sensu Bonifaciano, ubi ita vivatur, ut vivunt in *Secularibus Ecclesiis Canonici Seculares. C. Indemnitatibus §. penult.* scilicet extra communionem in Curiis præbendalibus privatis; quo more tempore Bonifacii, & diu ante tempore Cardinalis de Vitriaco, & adhuc anterioribus temporibus totâ Germaniâ, toto Belgio, totâ Lotharingiâ victitabant *Canonice Seculares*; ipsam *SECULARIUM* agnomen tum non aliunde, quàm à desertâ vitâ communi, & arreptâ vitâ singulari mutuata, ut ad exuberantissimam evidentiam, & ad summam Partis Adversæ confusionem, demonstratum est *Demunstratione 1mâ, 2dâ, & 3tiâ.*

*Nu. 397.
Etiam si
nomen Mo-
nasterii
apud Colle-
gia Cano-
nissarum
exolevisset,
tamen ad
huc ad C.
Indemnitati-
bus spe-
tarent.*

Sed quod *Freckenhorstense* similiâque *Collegia* hodie dum *Monasteria* appellentur, præsentem *Articulo* omnino supererogatoriè, gratuitoque comprobavi; nam sive *Monasterii* vocabulum adhuc in *Canonissarum Secularium Collegiis* vigeat, sive penitus exoleverit, ad rem haud facit. Licet nomen illud (quod delicatas *Domicellarum* aures vulnerat) ab aulâ & usu recessisset; tamen quia *non verbis, sed ipsi rebus Leges imponimus. L. 2. C. Commun. de Legat.* Et res, scilicet *Canonissæ Seculares*, in eodem statu perdurent, quo fuerunt tempore Bonifacii, & ante hunc tempore Cardinalis de Vitriaco, eodem Jure regentur. Nam, ut tempore Cardinalis de Vitriaco, *Canonissæ Seculares Ministrantium cincta obsequio, in Dombus propriis honorificè & splendide epulabantur*; ita & nunc: ut tempore Cardinalis de Vitriaco *in iisdem Ecclesiis erant pariter Canonici Seculares*; ita & nunc. Verbo: *Quod de sui temporis Canonibus* (verba sunt *Zegeri Vanespen J.E.V. part. 1. tit. 33. n. 16 & fin.*) scribit *Vitriacus, id & c. totum de Hodiernis & c. Canonibus verificatur.* Et hinc cum temporibus nostris, omnino perfimiles sint *Canonissæ*; æquè *Nostratibus*, ac antiquis *Canonicibus* dispositio *Capitis Indemnitatibus. §. penult.* scripta foret, etiam si fortè nomen *Monasteriorum* in eorum *Collegiis* oblitteratum & antiquatum esset.

*Nu. 368.
Ostenditur
quàm in-
epta sit ex-
sepiuncu-
la de voce
Monasterii.*

Vide ergo *Candide & Veritatis amans Lector*, quàm inauspicatò, quàm indoctè, quàm temerè nullo ex omnibus *Autoribus Duce*, imò contra *claram omnium Autorum Mentem*, contra *perpetuam Belgii, Lotharingiæ & Germaniæ Praxin*, contra *clara Florentissimarum Universitatum Responfa*, contra *duplicem in hac, & simplicem in Causâ Münsterbilfensi Rotæ Decisionem*, contra *geminam S. Congregationis Declarationem*, contra *manifestam ipsius Bonifacii intentionem*, *Advocati Romani Westerholtici* fabulentur, *Collegia Canonissarum* singularem vitam degentium [quod non sunt *Monasteria*] non spectare ad *C. Indemnitatibus. §. penult.* Ex qua *Fabellâ*, tanquam *expurulentâ & infectâ*, scaturigine ebulliunt hæ auribus *Canonicis intolerabiles sequelæ.* Imò, Quod, cum dudum ante tempora Bonifacii à singulari vitâ

*Nu. 397.
Ex illa se-
quitur
quod Boni-
facius leges*

Secu-

Seculares Canonice sint nuncupate, quod inquam, Bonifacius VIII. leges scripserit subjectis non supponentibus, sive personis in rerum natura non existentibus. 2do, quod omnes omnino AA. qui post tempora Bonifaciana Canonice Seculares, consequenter privatim habitantes, ad C. Indemnitibus. §. penult. retulerunt, turpiter sint hallucinati. 3to, quod Curia Romana, quoties in Collegio Canonissarum singulatim habitantium (ut omnes omnino Canonice singularem vitam degunt) dispensavit in ætate 30. annorum, C. Indemnitibus. §. penult. requisita; notabilem injustitiam commiserit; ita ut de repetendis conveniri possit. Quarto, quod nulla unquam Canonissarum Secularium, utpote singulatim habitantium, Collegia obligata fuerint; nulla in posterum obliganda sint Capiti Indemnitibus. §. penult. Quinto, quod Praxis Belgii; quod Sententia Rotæ in Causâ Munsterbillsensi, & Declaratio S. Congregationis iniquissimæ fuerint, dum his Canonice Seculares singulatim habitantes contra Justitiam lautissimis & ditissimis Abbatissatibus sint indebitè privata. Taceo alias absurditates, quæ ex hoc Adversariorum indoctè concepto figmento, veluti è Vomica ebulliunt. Id solum fabellam illam suspectissimam reddere debet, quod nullus omnino Autor pro illâ ex omnibus, qui tam frequentes de Canonice Secularibus scriptarunt, allegari possit. *Si non tam absurdum deliramentum, quod defensorem non inveniat, teste Varrone: & si nec est mendacium, tam impudens, quod Assertorem non habeat* Authore Plinio (ut diximus. 256.) cogita mi Lector quo loco reponas, in quarum rerum classem redigas, quo titulo condecores Novitiam illam de Monasterio Fabellam, quam Advocati Romani nuper somniarunt, omni Defensore, omni destitutam Assertore; Obstupesce tamen quod Advocati West. Sapientissimo & Illuminatissimo Rotæ Tribunali, tam inani, tam prioribus & antiquis Rotæ Decisionibus dissono, tam Sacræ Congregationis Declarationibus opposito, tam Datarie, Cancellarie, totiùsque Curie Romanæ rationibus contrario, tam unanimi, quorquot sunt, Autorum Sententiæ, Universitatum Florentissimarum Responsis, totique denique Praxi & Theoriæ adverso nugamento ausi sint imponere.

scripserit pro non existentibus in rerum natura.

Nu. 400. Item quod omnes omnino Auctores errarint

Nu. 401. Item quod Curia Romana injustè egerit,

Nu. 402. Item quod Praxis Belgii S. Congregatio, & Rota multas injustè spoliarint pinguis Abbatissatibus.

Nu. 403. Fabula de Monasterio suspecta est.

Nu. 404. Rota tam ineptis fabellis impositum.



CAPUT POSTREMUM

*Præcludit ultimum Effugium, quod Adversarii
in CONSUETUDINE nequicquam
querunt.*

Nu. 406.
*Frustra ad-
versarii ad
Consuetu-
dinem Leg-
contrari-
am se con-
vertunt.*

MOre naufragorum jam hanc, jam illam tabulam, quam casusve, Deusve obtulerit, arripere solitorum Adversarii naufragam Electionem Freckenhorstensem jam huic, jam illi committunt argumento; quod non Sors, sed gravidum & fecundum in fabulas, inanésque exceptiunculas, objectiunculas, inventiunculasque Caput suggerit; hinc, dum dissolutum vident, mixti commentum & elisum *Monasterii* figmentum ad prætentam Consuetudinem, tanquam supremum in malis *Averruncum*, confugiunt.

Verum enim verò, omnimodum ab hac Electione Naufragium (si suus Astræ cursus, si sua vis relinquatur) nullus Pollux, Castorque nullus, imò nec ipse Dominator Aquarum Neptunus averruncassit.

§phus PRIMUS.

*Demonstrat Consuetudini hic locum non esse;
cum pro abusu habeatur.*

Nu. 407.
*Adversa-
riis non fa-
vet Consue-
tudo inter-
pretativa,
& quare.*

FRustrà sunt Adversarii, dum se à mixti & *Monasterii* exceptiunculis, ad Consuetudinem & Jus consuetudinarium convertunt: *Incidit in Scyllam, qui vult vitare charybdim*; non enim vel umbra Consuetudinis Freckenhorstensi Electioni contra clarum Jus favet. Non umbra Consuetudinis interpretativa; quia in claris cessat interpretatio. *L. continuus. 137. §. Cum ita. ff. de V. O. L. Ancilla. 12. C. de furt.* Et actus, quos allegant Adversarii, nullatenus tales sunt (ut infra patebit) qui Consuetudinem interpretativam inducere valeant.

Nu. 408.
*Nec vel
umbra
Consuetu-
dinis præ-
scriptiva.*

Non etiam vel umbra Consuetudinis *prescriptivæ*, qualis hic contra clarum Jus afferri, & concludenter probari deberet; nam Certum est, tum ex irrefragabili Resolutione per Illustrissimos Dominos, Sacri Concilii Interpretes, in causâ Abbatissatûs Munsterbilsensis factâ (quæ vim Legis habet num. 63.) tum ex Decisione Rotæ in eadem causâ datâ (quæ est Decisio 17. post Tambur. de Jure Abbatum) quòd nullâ consuetudine induci possit, ut
contra

contra Caput *Indemnitatibus* eligatur Abbatissa minor triginta annis. Audiatur hæc super re Rota in d. Decis. 17. n. 2. Ibi: *Et tanto magis, quod juxta Resolutionem altius per Illustrissimos Dominos, Sacri Concilii Interpretes, in hac causâ factam, quantum ad Electionem Elsie, illa non potest sustineri, cum tam ex ipso- met instrumento Electionis, quam etiam ex ejus propria Confessione in commissione constet, illam non fuisse ætatis legitime 30. annorum, quæ ex dispositione d. C. Indemnitatibus &c. NB. NON OBSTANTE QUACUNQUE CONSUE- TUDINE est necessaria in Abbatissâ. Unde liquet, quod cum ætas 30. Anno- rum necessaria sit & non obstante quacunque consuetudine & nulla hinc consue- tudo allegari possit.*

Quibus omnino consonat Pignatellus tom. 8. Consultat. 49. n. 2. allegans in- hæsitivam S. Congregationis Concilii Declarationem, in hæc verba: *Electionem tamen Abbatissæ, quæ præfitur in MONASTERIIS, seu COLLEGIO (ad- verte hic ad Synonyma) Canonicarum Secularium, de quibus in C. Indemnitati- bus §. penult. de Elect. in 6. &c. præsupposito, quod ab immemorabili in ejus Ele- ctione dispositionis dicti Cap. Indemnitatibus nulla sit habita ratio; Sacra Congre- gatio censuit, non comprehendi hoc Decreto (scilicet Concilii Trident. sess. 25. c. 7. de Reform. quadragesima annos in Abbatissâ requirens) sed NB. & teneri obser- vare ea, quæ decernuntur in dicto Cap. Indemnitatibus; & ejusmodi consuetudinem esse rejiciendam tanquam corruptelam.*

Ite nunc Adversarii, & ad probandam contrariam CONSUETUDINEM la- bore immenso excutite trium Provinciarum, scilicet Moguntinæ (in quâ situm est Collegium Herifensè) Ultrajectinæ (ad quam pertinet Collegium Eltinense) Colonienfis (ad quam cætera tria perlustrata Collegia spectant) Archivia; corra- dite ab obnoxiiis vobis Vicariis in Spiritualibus diversarum Dioceseon, & ab ipsis Canonislarum vobis, & suæ libertati faventium Collegiis plurima Testimonia; col- ligitæ, congregatæ, coacervatæ singula & universa; quæ ad probandam consue- tudinem ulla requirunt. Hæc omnia si fecistis, dicite, servi inutiles sumus; nam veniet Sacra Concilii Congregatio vim Legis habens, & voce fulmineâ contra Electionem Freckenhorstensem tonabit: *Ætas legitima 30. annorum ex dispo- sitione d. Capitis Indemnitatibus &c. NON OBSTANTE QUACUNQUE CONSUE- TUDINE est necessaria in Abbatissâ; & fulguris vice addet: præsup- posito, quod ab immemorabili in Electione (Freckenhorstensi) dispositionis dicti cap. Indemnitatibus nulla sit habita Ratio; Sacra Congregatio censuit &c. teneri observare ea, quæ decernuntur in dicto cap. Indemnitatibus (specialiter de Ætate 30. annorum) & hujusmodi consuetudinem (huc aures! huc mentem!) esse re- jiciendam TANQUAM CORRUPTELAM.*

Aposiopesis ad Quincuncem Advocatorum W^{esterholt}.

I nunc, & crassis prætexe erroribus Usus:

Quem jactas, non hic Usus, abusus erat.

V 3

Atque

Nu. 409.
Nulla con-
suetudine
contra C.
Indemnitati-
bus indici
ei potest, ut
Abbatissa
eligatur
minor 30.
annis;

Nu. 430.
Nequidem
immemoria-
lis con-
suetudo
contra C.
Indemni-
tatibus at-
tenditur, ut
S. Congre-
gatio decla-
ravit.

Nu. 411.
Etiam im-
memorialis
consuetudo
contra C.
Indemni-
tatibus pro
corruptelâ
à S. Congre-
gatione
habetur.

Nu. 412.
Exploditur
inanis la-
bor Adver-
sariorum
per tres
Provincias
pro proban-
dâ consue-
tudinè qua-

lescunque
actus com-
pilantium.
Nu. 413.
Bina S.
Congrega-
tionis De-
claratio ad
plenum tri-
umphum
sufficeret.

Atque ita in hoc de contraria consuetudine bello statim debellatum est, sufficiuntque abunde ad plenissimum triumphum binæ illæ, quas nunc jam allegavi, S. Congregationis Declarationes. Unde continuo abrumpere, & latum canere possem Celeusma:

Ecce coronata portum tetigere Carina ! (a)

Sed, ne in binis solum S. Congregationis Oraculis triumphare videar, plurimis aliis argumentis consuetudinem vanissimè jactatam per sequentes Paragraphos oppugno, debello, triumpho.

§phus SECUNDUS.

Ex actibus allegatis prætensa Consuetudo nullatenus extunditur.

Nu. 414.
In Electione
Freckenbor-
steni ex fi-
ducia præ-
potentia
nulla habi-
ta est ad
Jura re-
flexio.
Nu. 415.
postmodum
prætensa est
forma Ele-
ctionis &
Postula-
tionis.
Nu. 416.
primitus
inita est
via Postu-
lationis, &
Postulatio
ab Ordina-
rio est per-
missa.
Nu. 417.
Denique
ex necessi-
tate ad

FActio prætensè Electæ præpotenti, quod in Aulâ habebat, præsidio confisa, neminem vel hiscere aufurum contra Electionem sibi primitus vanè persuase-ferat; hinc in Actu Electionis prætensæ, ad nil minus, quàm ad C. *Indemnitatibus* §. penult. ad C. *Quia propter de Elect.* aliâque Jura facta est reflexio, ut ex Actis Electionis, nisi illa cautè interversa essent, omnibus paginis elucesceret. At ubi informi Actui contradicere cœpit Illustrissima Comitissa de Winckelhausen ex Canonicabus una; sollicitudo aliqua parti injecta est, quâ arte quod actum erat, defenderet; hunc in finem cum tota Aula faveret Westerholtia, res eò composita est, ut videretur Westerholtia sub dubiâ formâ *Electa* vel *Postulata*. Et verò sub initium cum Theologi aliqui ex quorundam Veterum Sententiâ consulissent, posse Ordinarium in *Ætate* dispensare, via Postulationis inita est, & præviâ in *Ætate* Dispensatione Postulationem admisit Ordinarius. At ubi rescitum, talem Dispensationem ab Ordinario factam pugnare cum stylo Curia Romanæ, ad quam hæc Controversia jamjam devolvenda esset; omnibus nervis actum est in Datariâ, ut indè Dispensatio in *Ætate* & Postulationis admissio impetraretur; at cum talis Dispensatio & Postulationis admissio (ne quid præjudicaretur Provisioni Apostolicæ interim factæ) præcisè denegaretur, diro necessitatis telo compulsi Adversarii ad alteram Electionis viam recurrerunt. Et ut hanc quoquo modo colorarent (cum viderent periculosa plenum opus alex tentari) datum est quinque omninò Advocatis negotium, ut solitis artibus suis unitisque viribus ita hanc causam infucarent, inumbrarent, depingerentque, ut Veri aliquam saltem speciem referret. Quod illi, quâ licuit, omni conatu præstiterunt, dum speciosissimos huic Causæ colores ex *Mixto* & ex vocabulo *Monasterii* illeverunt; sed cum præviderent homines sagaces,

(a) *Propertius Libr. 3. El. ult. dist. 8.*

lagaces hanc larvam vel à semidoctis facilè detractum iri, ad ordinarium malorum caufarum pigmentum, CONSUETUDINEM fcilicet, declinârunt, fingentes Jus Capitis Indemnitatibus §. penultimo contrariâ confuetudine inumbratum effe. Sed quàm facilè; quàmque liquidò alios fucos, ex Mixto & Monasterio petitos, hætenus dilui, tam nunc facillimè & liquidiffimè evincam, in hac materiâ (etiãmsi reverà locum haberet Confuetudo, contra, quam mox §. præcedente demonftratum effe) nec umbram legitimæ Confuetudinis adeffe contra clarum Jus Capitis Indemnitatibus, fuprà etiã pro Collegiis Mixtis, in quibus fmgulatim vivitur, evictum assertumque. Nam primò, post excuffa trium Provinciarum vastiffimarum Archivia, allegant Adversarii tantum quinque Actus (qui tamen ut infra patebit, nil ad rem faciunt) pro probandâ Confuetudine præfcriptivâ Capitis Indemnitatibus.

Nempe unum Actum ex Collegio Herifienfi, Provinciæ Moguntina, Diœcesis Paderbornenfis; alterum ex Collegio Eltinenfi Provinciæ Ultrajectina; duos ex Collegio Nottelenfi, & unum unicum ex Collegio Freckenborstenfi, Diœcesis Monasterienfis, & Provinciæ Colonienfis. Et quidem Actus, qui ex Collegio Nottelenfi de Droftiâ affertur, secundum calculum Adversariorum ultra fefqui-Seculum contigit. Jam autem si quinque Actus, ex tribus Provinciis, & ex fefqui-Seculo corrafi, faciant legitimam Confuetudinem contra Legem Ecclesiasticam, dicam omnes Leges Ecclesiæ v. g. de Communione Paschali, de Festis & Dominicis celebrandis, de Jeuniis & abftinentiis fervandis, de audienda Miſſa, &c. &c. &c. dudum in tota Provinciâ Colonienfi, Moguntinâ & Ultrajectinâ, contrariâ confuetudine effe abolitas; cum fefqui-Seculari fpatio Actus non quinque, non quinquaginta, non quingenti tantum, sed plusquam quinquies milleni in tribus istis Provinciis vastiffimis utique contra istas Leges sint commilli.

Ex Doctrinâ itaque Advocatorum Romanorum in tribus illis Provinciis, & à pari in totâ Europâ licitè nunc & rectè contra istas Leges agitur. Quàm bella Doctrina!

Secundò quâ Juris ignorantia, vel potius diffimulatione ad probandam Confuetudinem Collegii Freckenhorstenfis, in Provinciâ Colonienfi fiti, adducuntur fingulariffimi Actus ex diverfis Provinciis, fcilicet ex Collegio Eltinenfi, Provinciæ Ultrajectinæ, & ex Collegio Herifienfi, Provinciæ Moguntinæ? Cum juxta absolutas Juris Regulas (ut rectè ait ultima Rotalis contraria Decifio in Monasterienf. Abbatiffatûs 4. Februar. 1732. num. 16.) Observantia tanquam ftricti Juris, nequeat extendi de unâ ad aliam Ecclesiam, & multò minus de una Diœcesi ad aliam, ex firmatis per Rotam Decif. 1159. num. 6. coram Seraphin. Decifion. 407. num. 6. coram Emerix Jun. Decif. 214. num. 20. part. 7. decif. 304. num. 9. part. 1. recent. & in Marnienf. Decimarum 7. Febr. 1716. §. fin. coram Lancetta.

viam Electionis recursum est. Nu. 418. Fuci, quibus Adversarii Electionem suam colorant.

Nu. 619. Quinque Actus ex tribus

Provinciis mendicari nulloatenus probant contrariam confuetudinem.

Nu. 420. Si quinque allegati Actus abrogent Cap. Indemnitatibus jam omnes Leges Ecclesiasticae sunt abrogata.

Nu. 421. Perperam probant

Adversarii confuetudine Freckenhorstensem, per Actus procul ex diversis Provinciis petitos.

Tertiò,

Nu. 422.
Per tres A-
ctus ex va-
riissimâ
Diaccesi
Monasteri-
ensi corra-
tos, Gene-
ralis Con-
suetudo ne
per um-
bram pro-
batur.

Nu. 423.
Adversarii
proprio gla-
dio iugu-
lantur.

Nu. 424.
Specialis
Frecken-
horstensi
Consuetu-
do per A-
ctus exter-
norum Col-
legiorum
nonnisi in-
doctissime
probat.

Tertio, si Advocati Romani fortè tres Actus ex diversis Collegiis Diacesis Monasteriensis (in qua ad minimum, sunt decem Collegia Canonissarum Secularium, scilicet *Asbecense, Borghorstanum, Buchholdiense, Freckenhorstense, Langenhorstanum, Meitelense, Nahen-vel Nunnenholtense, Nottelense, Vredense, Wittmarschense*) judicent sufficere pro universali consuetudine totius Diacesis Monasteriensis; risum non refutationem merentur, ut qui ne tribus Collegiis unum unicum actum assignare possint. Imò qui octo Collegiis, ne unicum Actum queant adscribere; cum tantum pro Collegio Nottelensi duos, pro Freckenhorstensi unicum allegent, pro reliquis nullum. An autem nesciunt boni viri effatum Rotæ (de quo supra num. 421.) quod *juxta absolutas juris Regulas Observantia, tanquam stricti Juris, nequeat extendi de una ad aliam Ecclesiam?*

Quarto si fortè Advocati Romani (qui ut veritatem obscurant, studio in obscuro procedunt) specialissimam Freckenhorstensi Collegio Consuetudinem tantum exculpere allaborant, quò juvabit actus ex Collegio Herisfensi ex Provinciâ Moguntina procul petitus? quò actus ex Collegio Eltinenfi ex Provinciâ Ultrajectina, ab ipsis Hollandiæ Finibus, ad vocatus? quò duo actus ex Collegio Nottelensi mendicati? an illi probant specialissimam Freckenhorsti Consuetudinem? an non pudet Romanos, tam putidas merces erudito Orbi proponere; an nesciunt illi, quod Consuetudo specialissima, Juri Communi opposita *neque de loco ad locum, neque de casu ad casum, neque de Persona ad Personam sit trahenda?* discant id à Baldo & Jafone in *Authent. Qui rem. C. de Sacros. Eccles. à Schradero de Feud. part. 2. sect. 20. n. 165. & seq. à Carpz. definit. Consist. L. 2. tit. 2. defin. 343. à Mevio part. 2. Decis. 30. à Cothmanno Resp. 84. n. 48.* Autoribus plurimam partem Germanis.

Unde tota quæstio eò tandem recidit, an Consuetudo Freckenhorstensis legitime probata sit ex unico illo actu de Abbatissâ Wolckensteiniâ allegato.

Sphus TERTIUS.

Consuetudinem Freckenhorstensem, in unico illo Actu Wolckensteiniano fundatam, tanquam merum ignorantia, vel Cavillationis Phantasma explodit.

Mirari satis nequeo inconsiderantiam Romanorum Advocatorum, quod unum unicum actum, etsi ad rem nihil facturum (ut mox patebit) ex Colle-

Collegio Freckenhorstenſi, ab Anno 851. jam in decimum ſeculum Floreſcente, allegare ſint auſi; nam ſi intra milenos propemodum annos, unico caſu excepto, ſemper tricenariæ ſint Abbatiffæ electæ; probant ipſi Caput *Indemnitatibus* illic vigere & plenum obtinere florem, nam qui dicit Legem Eccleſiſticam in aliquo Collegio intra mille annos tantum ſemel violatam, Legis iſtius mirabilem virorem potiùs, quàm contrariam conſuetudinem ſtabilit. Certè ex ſingulari illo actu, quo Comitiffa de Wolckenſtein Anno ætatis viceſimo ad Abbatiffatum Freckenhorſtenſem promotæ dicitur, ne minima quidem umbra legitimæ Conſuetudinis inducitur; Nam

Primò: cum anteriores Abbatiffæ tot ſeculis electæ ſint ſecundum *C. Indemnitatibus. §. penult.* non infra annum ætatis 30. (ſi hîc vera fuit Electio Wolckenſteinia) Electio fuit nulla, quia contra Jura juxta illud: *qua contra Jura ſunt debent utique pro infectis haberi.* cap. 64. de R. J. in 6. quod autem nullum eſt, nullum parit effectum, multò minus legitimam Conſuetudinem.

Secundò: quidni credatur Wolckenſteinia poſtulata? poſtulari potuit. Gloſſ. in *C. Indemnitatibus cit. v. Eligatur.* Ibi: *Eligi prohibet, non poſtulari.* Nec obſtaret, licet in Actis Germanicis haberetur vocabulum *Erwählet*; quia Germani vocabulum non habent quo poſtulationem, ut diſtinctam ab Electione expriment. Imò non obſtaret licet in Actis diceretur latino vocabulo *Electa*; quia poſtulatio venit aliquando ſub nomine Electionis. Paſſerinus de Election. cap. 1. n. 39. citans Panormitanum, Innocent. Caſtell. Lezan. Franc. Geminian. & dans rationem quare. *Et Jura & Instrumenta antiqua inter Electionem & Poſtulationem non faciunt differentiam; his enim vocabulis, indifferenter utebantur antiqui.* Pichler. *Libr. 1. tit. 5. deciſ. 5. verſ. Arguit 11. & Libr. 1. in Summ. Juri prudent. Sacr. Univerſ. tit. 5. n. 2.* ibi: *Sciendum 2dò, poſtulationem, ut hîc ſumitur, in multis quidem convenire cum Electione: ET OLIM CUM HAC FUIſſE SÆPIUS CONFUSAM.* uti patet ex *Can. 11. & 16. diſt. 61. ET CONTINETUR POSTULATIO SUB ELECTIONE GENERALITER ACCEPTA* Paſſer. l. cit. n. 26. ibi: *Electio minùs latè ſed tamen generaliter ſumitur ut &c. comprehendat, nedum Electionem ſpecificè ſumptam, ſed nominationem etiam & poſtulationem, imò & præſentationem.* Ergo licet in Archivio Freckenhorſtenſi inveniretur Wolckſteiniam eſſe ELECTAM in anno ætatis viceſimo, id de Electione genericè, & minùs latè, non tamen ſtrictiſſimè ſumptâ intelligi poſſet. Pariſormiter loquere de aliis quatuor allegatis Actibus. Unde nec umbra contrariæ Conſuetudinis ex Actu illo Wolckenſteiniano inducitur.

Tertiò, ſi etiam probari poſſet Wolckenſteiniam Electione ſpecificè & ſtrictiſſimè dictâ Electam eſſe; præſumi deberet præceſſiſſe *indultum eligibilitatis* Pontificium, hoc tempore tam ordinarium, tum quia fortiſſima eſt præſumptio, quæ

X

Nu. 425. Unico actu, qui in decem ſeculis

contigiſſe prætenditur, ridiculè probatur conſuetudo contraria.

Nu. 426.

Imò illo uno actu indirectè ſolitiſſimè

probatur viridis obſervantia

Capitis Indemnitatibus

Nu. 427.

Actus Wolckenſteinianus, ut

potè contra Jura, fuit nullus.

Nu. 428.

Wolckenſteinia dici poſtè Poſtulata.

Nu. 429.

Germani carent voce, quæ Electionem à Poſtulatione, diſtinguant.

Nu. 430.

Poſtulatio etiam Electio

dicitur, maximè

ex antiquitate.

- Nu. 431. *Electio generice sumpta, sub se continet Potestatem, & Electionem specificè sumptam.* ex communiter fieri solitis deducitur. *L. Certi conditio. 9. §. Si nummos. 8. ff. Si certum petatur.* Gloss. in *L. Natales. 10. C. de probat. Palat. in Repet. Rubr. de donat. inter Vir. & Uxor. §. 9. n. 6.* tum, quia Regina præsumptionum est, quæ fit pro valore Actûs Cephali. *Conf. 51. n. 39. Mantica de Conjectur. ult. volunt. L. 12. tit. 17. n. 13.* quia tanta est præsumptio pro valore Actûs, ut omnes alios vincat. *Decius in cap. Quoniam. Abbas ibid. n. 49. de Offic. delegati. Ruinius conf. 72. n. 4. L. 2.*
- Nu. 432. *Si Wolckensteinia esset strictè Electa præsumi deberet præcessisse Indultum Eligibilitatis, tam frequenter dari solitum.* Hinc in dubio Actus semper debet interpretari validus. *L. Quoties. 12. ff. de Reb. dub. L. Quoties 80. ff. de Verb. Obligat. L. Si quando. 109. ff. de Legat. 1.*
- Nu. 433. *præsumitur factum, quod fieri solet* Quamvis verba debeant impropriari Fulgofus *Conf. 87. col. 2. V. ex illa quoque vulgari. Abbas Conf. 62. n. 7. L. 2. Roman. Conf. 180. n. 4. Tuschus Litt. A. concl. 136. n. 32.* ita quidem, ut omnis interpretatio admitatur ad sustinendum actum. *Rota decis. 469. n. 2. p. 2. recent. Rolandus à Valle conf. 61. n. 26. L. 3. Tusch. loc. cit. n. 14.*
- Nu. 434. *Regina præsumptionum est, qua fit pro valore Actûs.* Proinde, si concluderent etiam probari posset, quod Wolckensteinia in Anno ætatis vigesimo esset electa Electione specificè & strictissimè dicta, ad sustinendum valorem illius, aliàs Capiti *Indemnitatibus* oppositæ, præsumendum esset præcessisse, ut solet, *Indultum Eligibilitatis.* Et sic iterum ex actu Wolckensteiniano nec umbra contrariæ consuetudinis inducitur. Pariformiter discurre de aliis 4. Actibus.
- Nu. 435. *Adversarii probare debent, quod Wolckensteinia absque Indulto Eligibilitatis sit strictè Electa.* Quare, si in Actu Wolckensteiniano fundare contrariam Consuetudinem Adversarii velint, ante omnia probent necesse est, quod Wolckensteinia sit *Electa*, quod sit electa Electione *specificè sumptâ*, quodque sic Electa sit sinè prævio *Indulto Eligibilitatis*, quia quivis fundamentum suæ intentionis concludenter probare tenetur. *Card. de Luca de Benefic. disc. 5. n. 5. & 6. & alibi sapissimè. Pariformiter ratiocinare de aliis 4. Actibus.*
- Nu. 436. *Quivis fundamentum* Quæ omnia (quod ipsis Adynaton erit) si concludentissimè Adversarii probarent; nil omnino effectum dederunt. Nam stante etiam concludentissimâ tali probatione, nihilominus nec umbra contrariæ consuetudinis ex Actu Wolckensteiniano inducitur; quia
- Quartò, sicut una hirundo non facit Ver, sic multò minùs unus Actus Consuetudinem efficit, ad quam essentialiter Actuum *frequentia* requiritur. *L. 1. C. Qua sit longa consuetud. ibi: qua in oppidò frequenter servata sunt. §. Ex non scripto. instit. de Jur. N. G. & Civil. ibi: Diuturni mores consensu utentium comprobati. Bart. L. de quibus. n. 11. & ibi Jason. n. 51. ff. de Legib. Castropal. Tract. 3. disp. 3. punct. 3. num. 5. part. 1.* pariformiter discurre de 4. aliis, respectivè ad sua Collegia, singularibus Actibus.
- Quintò, errarint Freckenhorstenses semel in eo, quòd contra *C. Indemnitatibus. §. penult.* elegerint Abbatissam tricenariâ juniorem; quid tum? ex errore
- non

non inducitur consuetudo. Audi Rotam in *Trevirensi Abbatia S. Maximini* eum sua intentionis concludenter probare debet. *Veneris 24. Jan. 1625. coram Coccino* quæ est 23. post *Tambur. de Abbatib. ibi: n. 14. Errarunt: non potest dici aliquam consuetudinem induxisse, quæ ex certâ Scientia, non ex errore, debet induci. Gloss. in C. fin. V. legitime vers. Item quod ex certâ scientiâ, & ibi etiam Abbas num. 12. de Consuetudine. Sylvester in V. Consuetudo. q. 4. Fabiena notab. 7. n. 8. Medic. de Legib. part. 2. q. 14. n. 5. ita Rota loc. c. Si Collegium Freckenhorstense ex errore & ignorantia die jejunii non servasset jejunium, die festo non audivisset Sacrum, an tu ita desipis, ut per illum unicum Actum legitimam consuetudinem introductam somnies contra Legem de Jejunio. vel de die Festo celebrando? Ergo nec umbram consuetudinis inducit Actus Wolckensteinianus.*

Sextò, Consuetudo legitima debet esse *Rationabilis. cap. fin. de Consuetud. ibi: nisi fuerit rationabilis. Et quam consuetudinem (quærit Gloss. in c. fin. de consuetud. V. Rationabilis) dices Rationabilem? illam dico Rationabilem, quam non improbant Jura, cap. Cum Ecclesia de causa Possession. & cap. Cum dilectus eod. C. Abbate. de V. S. at consuetudinem eligendi Abbatissam Canonissarum Secularium, infra annum tricesimum improbat S. Congregatio Concilii, quæ vim legis habet. vid. num. 409. ibi: Non obstante quacunque consuetudine, & num. 411. ibi: & ejusmodi consuetudinem esse rejiciendam NB. tanquam corruptelam, etsi sit immemorabilis. Ibi: presupposito quod ab immemorabili in ejus Electione Dispositionis dicti cap. Indemnitatibus, nulla sit habita Ratio &c. Corruptelam autem ita definit Schardius in *Lexico Juris. V. Corruptela est perversa consuetudo Sacris Canonibus inimica. cap. Venerabilis de consuet. c. Ad decorem de vit. & honest. Cleric. Ergo iterum nec umbram legitimæ consuetudinis inducit Actus Wolckensteinianus. Idem dic de 4. aliis Actibus, ex tergemina Provincia mendicatis.**

Septimò, omnis consuetudo legitima debet in Ecclesiasticis esse 40. annis legitime præscripta. *Gloss. in cap. fin. de Consuet. V. legitime præscripta. ibi: Legitime sit præscripta spatio 40. annorum cap. Cum Ecclesia de Causa possess. & cap. auditis de præscript. de hoc potestis habere multa Jura, ea enim habet solum locum, in rebus Ecclesiasticis. c. Placuit. XVI. q. 3. §. Quas actiones. Jam autem Adversarii hic nullius temporis, ne annui quidem, mentionem faciunt. Et somniant se legitimam consuetudinem probasse, nec umbram certè illius probârunt. Extende hæc ad alios 4. actus allegatos.*

Octavò, ad legitimam consuetudinem, quæ abroget Jus commune, essentialiter Scientia Papæ requiritur. *Gloss. in c. fin. de consuet. V. legitime. Ibi: Ad hoc ergo, ut consuetudo Juri communi præjudicet, requiritur primò, quod rationabilis sit, & quod sit præscripta &c. item quod ex certa scientia, & non per errorem sit inducta &c. & SCIENTE ILLO, qui potest Jus condere ff. de Legib. tenfam.*

Et pulchrè Rota in Trevirensi Abbatia cit. à n. 21. (quam Tamburinius *Magistrallem* vocat, & de *Abbatibus* inter S. Rotæ Decisiones, Decisionem 23. ponit) ibi: *Tertiò, principaliter etiam fuit responsum; quod COMMUNIS & INDUBITATA CONCLUSIO est, Legem Papæ non posse abrogari, saltem absque illius scientiâ, ut egregiè probat. Driedon. de Libert. Christ. d. L. 1. c. 2. in fin. Vasq. ad S. Thom. 1. 2. q. 97. & hanc opinionem ab omnibus teneri affirmat Petrus de Lorca ad 1. 2. S. Thomæ in tit. de leg. disp. 28. in princ. & latè fuit deductum in dicta causâ Romana Concordia S. Petri. Que scientia &c. hic non adest. Scientia enim Summorum Pontificum, qua deducitur ex Confirmationibus non adest, cum Electiones nullas confirmarit &c. Nec certa scientia præsumitur nisi probetur. & num. 20. Lex (scilicet Consuetudinaria) non debet serrari, cum non sit inducta, de certâ scientiâ ejus, cujus est condere Legem & mutare L. de quibus. ff. de legib. Et num. 15.*

Nu. 442.
Ad Consue-
tudinem
Ecclesiasti-
cam Legi
contrari-
am, requi-
ritur scien-
tia Papa
hic defici-
ens.

Secundò fuit Principaliter responsum, quod ad inducendam consuetudinem contra Canones requiritur scientia &c. alias NUNQUAM per contrariam consuetudinem Lex abrogatur. Hactenus Rota in Magistrali Decisione, quâ abjudicata est lautissima & ditissima Imperialis Abbatia S. Maximini prope Treviros, electo secundum prætensam consuetudinem loci, quæ tamen decuplo meliùs probata fuit, quàm Consuetudo Freckenhorstenensis ex unico & dubio actu Wolckensteiniano.

Nam quibus argumentis probârunt Adversarii Pontificem scientiam habuisse de singulari illo actu Wolckensteiniano Freckenhorsti, similiter de aliis quatuor, Herisæ, Eltinæ & Nottolenæ diversissimis temporibus prætensè celebratis? Certè si ad Magistrallem hanc Rotæ Decisionem, in *Trevirensi Abbatia cit.* respexissent Adversarii, in hac causâ Monasteriensi Abbatissatûs Lunæ 9. Junii 1727. & 4. Febr. 1733. pervidissent, nec umbram legitimæ Consuetudinis contra Caput *Indemnitatibus* adesse Freckenhorsti.

Nu. 443.
Etiam con-
sensus Pon-
tificis, qui
hic deficit.

Nondò: ad legitimam consuetudinem requiritur etiam essentialiter consensus Pontificis si sit consuetudo contra Jus Ecclesiasticum. Doctè Rota in cit. Trevirensi Abbatia S. Maximini à num. 19. ibi: *Et quod requiratur nedum scientia, sed etiam EXPRESSUS PAPÆ CONSENSUS ad inducendam consuetudinem contra Canones, etiam quantocunque temporis spatio illa fuerit servata, tenent Gloss. in d. §. Leges. V. abrogata. distinct. 4. Archi-Diaconus. cap. Cum de Beneficio. num. 2. circa medium. vers. Nam & ibi notat de Præbendis in 6. ubi optimè dicit casum esse expressum in cap. Consequens & in cap. Nolite. dist. 11. cap. Facta. IX. q. 3. & C. illud. & C. ridiculum. dist. 12. Joan. Andr. in d. cap. cum de Beneficio post princ. Geminian. num. 6. Franch. num. 3. & 4. S. Antonius in Summ. part. 1. tit. 16. cap. unic. §. 2. vers. dicit autem Joannes. Salas de legib. q. 97. tract. 14. disp. 19. num. 62. in fine. Quam Sententiam secuta fuit Rota in Romana*

Obser-

Observationis contractus 23. Octobr. 1551. coram Chiffanen. relata apud Verallum
 Decisione 204. num. 3. parte 3. Et in Romanâ Concordia S. Petri 12. Febr. 1610.
 coram Cavalerio.

Et à num. 15. Fuit **PRINCIPALITER** responsum, quòd ad inducendam
 consuetudinem contra Canones requiritur scientia & **EXPRESSUS CONSEN-
 SUS PAPÆ**, aliàs nunquam per contrariam consuetudinem Lex abrogatur;
 quia Summus Pontifex non habet potestatem à populo, sed immediatè à Deo; &
 ideo non est populus, qui inducit consuetudinem contra Canones; sed *Authoritas
 Papa permittentis*. Abb. in cap. final n. 8. in fin. de Consuet. Salas de Legib. q. 97.
 tr. 14. disp. 19. sect. 6. vers. *Hæc sententia*. Quod in Lege Civili secus est; nam
 Lex Civilis tendit ad bonum publicum, & in utilitatem privatorum; unde si populus
 vult sibi præjudicium inferre, Principes ab eodem populo potestatem habentes, non
 curant L. de quibus vers. nam cum ipse ff. de Legib. S. Thom. 1. 2. q. 47. art. 3. in
 Resp. ad 3. Abb. in C. fin. n. 9. de Consuet. Driedon de libert. Christ. cap. 11. ante
 fin. Jus autem Canonicum principaliter intendit hominem in Deum dirigere, & ve-
 nit ad bonum publicum Ecclesiasticum, & cum sit institutum à potestate spiritali,
 illa non potest in Laicos cadere. Abb. & Driedon loc. præcit. Hinc ergo cum con-
 sensus Papa operetur ad istam consuetudinem inducendam, requiritur illius certa
 scientia, & voluntas inducendi consuetudinem. Non potest deduci voluntas, nisi
 expressus consensus adsit; multa enim per patientiam tolerantur, quæ deducta in
 iudicio, exigente justitiâ toleranda non essent, ut dicit text. in C. jam dudum 18.
 in fin. de Præbend. quem in puncto allegat Gloss. in §. Leges V. abrogata dist. 4.

Ecce *Magistralis hæc Rotæ Decisio* ad legitimam consuetudinem requirit **Ex-
 pressum Papæ consensum**, & ob defectum illius consensûs declaravit nullam Electio-
 nem, quæ in vim prætensæ consuetudinis erat facta Treviris ad S. Maximinum;
 non obstante, quòd Papa similes Electiones aliàs confirmasset, cum Electio Ab-
 batix hujus, utpote exemptæ, semper confirmetur à Pontifice; pro Ratione dat
 ibi Rota num. 22. quod Pontifex Electiones nullas (sive irritas) confirmaverit
 absque certâ scientiâ. Bart. in L. si constet 12. n. 2. ff. de appellat. ubi: quod per con-
 firmationem non confirmetur Electio invalida, nisi fieret ex certâ scientiâ. Bald. in
 L. Nominations 27. n. 1. Vers. Judic. C. de Appell. ubi: quòd Confirmatio Superioris
 non purget vitium Electionis, nisi Princeps confirmet ex plenitudine potestatis. Usque
 adeò quòd non sanet nullitatis vitium, licet confirmet ex certâ scientiâ; si tamen
 tenorem Electionis ipse non viderit. Ibi num. 23. & 24. Sive dicamus verba Con-
 firmationum de per se importare, quòd Papa ex **CERTA** scientiâ confirmaverit,
 sive non; nihilominus utcumque sit, veritas est, quòd cum Summi Pontifices con-
 firmaverint Electiones tanquam Canonicas, & verè non sint tales, cum in illis non
 fuerit insertus tenor, præsumuntur circumventi ab iis, quibus Electiones exami-
 nandas

mandas mandârunt. Felin in cap. cum à nobis num. 3. de Testib. Ruinius Conf. 41. n. 15. L. 1. Gabriel Concl. 1. n. 42. de Probat.


Nu. 444.
*Consuetudo
 quam Rota
 expofit in
 Electione
 Maximi-
 niana, lon-
 ge colora-
 tior fuit
 Frecken-
 horstensi.
 Nu. 445.
 Wolcken-
 steinia po-
 ftulata vi-
 detur.*

Si autem hæc Decifio Magiftralis Rotæ explodat jactatam confuetudinem Maximinianam, quæ innitebatur pluribus actibus ab ipfo Papa confirmatis, quantò illa magis explouiffet prætenfam confuetudinem *Freckenhorstensem*, uni unico actui à Papâ non confirmato, à Papâ nunquam rescito, adeoque sine omni Papæ confensu, tam implicito quàm expreffo factò innixam. Certè, fi Adverfarii ità cribrâffent Confuetudinem *Freckenhorstensem*, ut Maximinianam; folas in eâ ignorantia paleas & furfures, non autem triticum veræ doctrinæ inveniffent. Maneat itaque, quòd novo titulo *deficientis confensus Papalis*, nec Umbra veræ confuetudinis *Freckenhorsti* adfit.

Nu. 446.
*Non iuvat
 Adverfa-
 rios Wol-
 kensteinia
 in vigefimo
 anno ad
 Abbatiffa-
 tum pro-
 mota.
 Nu. 447.
 Probatio
 Adverfu-
 riorum in-
 directe pro-
 bat Cop. In-
 demnitat.
 in viridi
 effe Freck-
 enhorfti
 observan-
 tia.*

Adde, quòd propter promotionem *Wolckensteinia* ad Abbatiffatum Romam fit recursum; unde arguas *Postulatam*, non *Electam*; nam cum *Freckenhorstensis* Abbatiffatus non fit exemptus, Electio fi Canonica fuerit, haud Romam spectabat.

Et verò, fi *Wolckensteinia* dicitur Electa Electione specificè fumptâ, in anno ætatis vicesimo, apertiffimè sibi contradicunt Defensores *Westerholtici*, qui in suo *Restrictu facti & juris* §. 36. candidè fatentur; quòd politis infra annum 25tum ætatis ad Abbatiffatum opus fit Dispensatione Pontificiâ, ubi addunt ipfi Exemplum ex *Pyrrho Corrado*, Abbatiffa in decimo nono ætatis anno dispensatæ. Si autem vigefimum quintum annum necdum adeptæ dispensari debeant, evidens signum est, *Wolckensteiniam* vicennalem nequaquam effe Electam, Electione specificè fumptâ, faltetn absque Indulto Eligibilitatis. Unde Actus ille *Wolckensteinianus* ftabiliendæ Confuetudini contrariæ *Capiti Indemnitatibus*, tantum servit, quantum quinta Rota *Quadrigæ*. Imò cum ab anno 851. (quo conditum est Collegium *Freckenhorstense*) ad hæc usque tempora, spatio penè nongentorum annorum, unus unicus tantum actus in toto *Freckenhorstensi* Archivio reperiatur, quo Canoniffa infra trigefimum annum ad Abbatiffatum istum (utique per Postulationem, vel Eligibilitatis Indulto prævio) promotâ fit, concludentiffimè inde inferitur, quòd Caput *Indemnitatibus* *Freckenhorsti* non tantum in viridi, sed viridiffima fit observantia.



Sphus

Sphus QUARTUS

Reliquos pro fundandâ Consuetudine allegatos actus singulatim exenterat & exhibilat.

ET si ex modò dictis Paragrapho 2do & 3tio abundè conster; quòd aliorum Collegiorum Actus maximè, qui ex aliis Provinciis procul accerfuntur, ad probandam Freckenhorstensem CONSUETUDINEM minùs nihilo faciant. Etsi etiam contra illos militent omnia argumenta, quæ modò contra actum Wolckensteinianum in campum produximus; tamen ad majorem confusionem Advocatorum Westerholt. eos hìc in individuo sub examen vocemus.

Primò conantur Adversarii probare in Collegio Nottelensi Drostiam Electam ante annum ætatis decimum septimum, ex illâ inscriptione: *D. de Droste & c. Nobilis Collegii in Nottelen Abbatisa, per 50. & ultra annos residens Canonissa, primòque ante 17. annos summâ cum laude ex gremio hujus Capituli Electa in honorem Dei hoc vivens suis impensis posuit anno 1604. in Octobri.* Sed vah pudor! an Adversarii non ampliùs linguam latinam intelligunt? judicet totus Orbis litteratus, an ex illâ Inscriptione rectè probetur, Drostiam ante annum ætatis 17mum ex gremio Electam Abbatisam. Significant illa verba apertè, quòd Drostia, postquam ultra 50. annos fuisset Nottelenæ Canonissa residens, primò septemdecim annis ante annum 1605. (quando Monumentum vivens erigebat) fuerit Electa Abbatisa; maximè cum non addatur: *ante 17. annos NB. ætatis.* Unde pater, quòd Drostia, quæ ante expletum septennium non poterat ex more fieri Secularis Canonissa, quæque ultra 50. annos Canonissa extiterat, sexagenaria prope modum fuisse debuerit, quando fuit Electa Abbatisa; adeoque hoc exemplo viridis observantia Capituli Nottelensis etiam magis confirmatur, quàm conquisita. Quòd autem Adversarii garriant Lotterium L. 1. q. 19. sub num. 15. docere, quòd in Collegiis Canonissatum unâ cum Abbatisatu retineatur Canonissatus, falsitas est. Inspiciatur Lotterius, & constabit continuò de falsitate. Sed hujusmodi falsis allegationibus & ineptissimis inscriptionum interpretatiunculis opus est ad obscurandam nimis clarâ veritatem. At quâ hæc omnia fiunt conscientia? certè Germani hujusmodi imposturas & illicitas, & nimis turpes esse reputant. Certè

Nobis,

*Qui Atufas colimus Severiores,
Nequaquam licet esse tam disertis. (a) dicam an dolosis?*

Et si

(a) *Martialis.*

Nu. 448.
Allegatus
actus Not-
telensis la-
tina lingua
ignorantiâ
in Adver-
sariis ar-
guit.

Nu. 449.
Actus Dro-
stiana Ele-
ctionis con-
firmat ob-
servanti-
am Capituli
Indemni-
tatis,
non verò
concluit.

Nu. 450.
Lotterius
ab Adver-
sariis per-
peram &
falsò cita-
tus.

Nu. 451. *Adversarii falsis allegationibus veritatem nequicquā obscurare machinantur.* Et si reverà, quod jactatur, doceret Lotterius *loc. cit.* erraret homo exterus; docet enim experientia, quòd per adeptionem Abbatissatùs vacet præhabitus Canonica- tus. En quàm bellis exemplis Adversarii probent imaginariam Consuetudinem suam!

Post *Drosiam* Adversarii ex eodem Nottelensi Collegio in scenam producant Wilhelminam Bureniam, anno 1648. natam, Electam anno 1676. demortuam (ut habet Adversariorum *Restrictus Respons. facti & juris* §. 38.) anno 1669. nempe mortuam antè, quàm fuerit (si Diis placet) *Electa*. Præclara probatio! sed si forte in *Morte* error Typographicus intercurrit, quomodo probant identitatem personæ, anno 1648. natæ, & anno 1676. Electæ? an non alia Wilhelmina Burenia potuit nasci anno 1648. & alia, licet ejusdem Nominis, anno 1676. eligi? quoties non in eadem familiâ cognomines dantur fac tamen, unam eandemque fuisse personam, quâ de agitur, & errasse Nottelenses Electrices, vel in facto, quòd putarent Wilhelminam tricenariam esse, cum non fuerit; vel in jure, quòd putarent ad Abbatissatum non requiri triginta annos, quid tum? an unico ilto erroneo actu consuetudinem legitimam, & quidem præscriptivam clari Juris, & quidem pro distincto, imò omninò diverso (nam Collegium Nottelense simplex, Freckenhorstense contra mixtum est) Collegio inducere potuerunt Canonissæ Nottelenses?

Quisquis id credit, ad prima utriusque Juris est Elementa amandandus, ut discat, quid ad consuetudinem legitimam, & quidem talem, quâ clara Lex abroganda sit, requiratur.

Sed jam ex Diocesi Monasteriensis, Provinciæ Colonienfis, in alium prorsus Provinciam, Moguntinam scilicet, inque Diocesi Paderbornensem Adversarii excurrunt, & inde ex Collegio Herisfensi sistunt Theodoram ab Oinhausen; mox reflexo cursu in Provinciam Ultrajectinam peregrinantur, & inde ex Collegio Eltinenfi sive Elstenfi Mariam Sophiam de Salm producant; denique à tam longis itineribus fessi in Diocesi Moasteriensem redeunt, & ex Collegio Langenhorstano ipsam claram Franciscam de Westerholt, in hâc causâ Ream conventam, protollunt, dicentes, & illas, & hanc ante annum ætatis tricesimum Abbatissas renunciatas, ideòque de legitimâ consuetudine constare;

Sed cum quivis fundamentum suæ intentionis, maximè quod contra clara Jura pugnat, concludentissimè probare debeat, quomodo probant Adversarii

Primò, quòd Oinhausen, Salmia, Westerholtia non sint postulata?

Secundò, si sint strictè Electæ, quòd non sint Electæ prævio *Indulto Eligibilitatis*, modernis temporibus tam usitato?

Tertiò, quomodo probant, quòd actus *singulares*, & quidem

Quartò, actus usque adeò ex diversis Provinciis, nedum Diocesibus, mendicati fundent Freckenhorsti consuetudinem præscriptivam contra clarissimum Jus?

Quintò

Nu. 452. *Cur Electio Nottelensis de Burenia nil faciat ad fundandam consuetudinem Freckenhorstensem.*

Nu. 453. *Electio Herisfensis, Eltinenfis, & Langenhorstana, nil ad Freckenhorstensem consuetudinem probandam faciunt.*

Quintò : quomodo probant, quod his singularibus actibus adfuerit tempus ad legitimam consuetudinem præscriptivam requisitum? &

Sextò : quod defuerit error tam Facti, quàm Juris?

Septimò : quomodo probant, quòd Summus Pontifex horum singularium & paucissimorum Actuum habuerit scientiam? &

8vò : quod in illos consenserit, nam hæc omnia ad probandam legitimam consuetudinem requiruntur. Et denique

9vò : quomodo probant Adversarii in hac Materiâ locum esse legitimæ consuetudini contra geminatam S. Congregationis Declarationem, quâ definitum est, nequidem immemoriali consuetudine Capiti *Indemnitatibus* quoad præscriptam tricennem Abbatissarum ætatem derogari? certè

Antè pererratis Medorum finibus exul,

Aut Ararum Partibus bibet, aut Germania Tigrim, (a)

Quàm Advocati Romani prædicta omnia & singula, ut debent, probent.

Unde manifestè vides, nec levissimum jactatæ contra Caput *Indemnitatibus* consuetudinis adesse vestigium.

Et hinc ex infinitis Autoribus, qui hætenus de Canonissis Secularibus scriptitarunt, neminem unum invenies, qui de contrariâ consuetudine à quinque Advocatis nuperrimè primùm confictâ, vel minimam mentionem faciat. Scripserunt recentissimè in locis Freckenhorsto vicinissimis, Monasterii scilicet & Osnaburgi de Canonissis Secularibus sat copiosè doctissimi è Societate Jesu Triumviri Petrus Leurenus in Foro Beneficial. part. 2. totâ quæst. 722. Claudius Lacroix in Theologia Morali libr. 4. à num. 228. Jacobus Wex. in Ariadne Carolin. part. 4. decade 1. cal. 1. n. 4. & alibi sæpius. Et duo primi quidem Monasterii, tertius Osnaburgi opus suum elucubrârunt. Et tamen eruditissimi hi, & practicissimi Autores de contrariâ Capiti *Indemnitatibus* consuetudine, ne mussant quidem, sed omnia Canonissarum Collegia (quibus undique cincti scribebant) sine omni exceptione, non tantùm *Mixtura* vel *Monasterii*, sed etiam contrariæ *Consuetudinis* indiscriminatim referebant ad C. *Indemnitatibus*, & tricennem in Abbatissâ requirebant ætatem, ut adductis eorum verbis. num. 40. 41. 42. & alibi abundè comprobatum est.

Imò de hoc Individuali Collegio Freckenhorstensi scribens præcipuus Monasteriensium Antiquarius, Eruditissimus Scriptor Albertus Boichhorst (qui alio etiam Libro totius Patriæ Monasteriensium Statum Politicum & Ecclesiasticum perquam doctè descripsit) in *Vitâ S. Erphonis Monasteriensium Episcopi*, & Freckenhorstensium magni Benefactoris, tantum abest, ut Freckenhorsti vel umbram agnoscat *Consuetudinis* Capiti *Indemnitatibus* oppositæ; ut usque adeò expressè hoc *Individuale Collegium* ad Caput *Indemnitatibus* referat pag. 90. *V. Sanctimonialibus*. in Diplomat. S. Erphonis Freckenhorstensibus dato, ibi : *Moniales &c.* (a) *Virgil. Eclog. 1. v. 62.*

Y

Nu. 454.

Ex omni-

bis Autori-

bis, nemo

unus vel le-

vissimam

Mentionem

facit de

Consuetu-

dine Capiti

Indemni-

tatibus

contrariâ.

Nu. 455.

Alium si-

lent de

commenti-

tio consue-

tudine, qui

propè Frec-

kenhorstium

scripserunt

Leurenus,

Lacroix &

Wex.

Nu. 456.

Imò Boich-

horstus Mo-

nasteriensi-

qua-um Anti-

guarins,
individua-
le Frecken-
horstense
Collegium,
expressè ad
Cap. In-
demnitati-
bus refert.

quadam in Secularibus Ecclesiis reperiuntur, ut videre est C. Indemnitatibus. §. pen-
de Elect in 6. & c. Argumentum hic est pro Sanctimonialibus Teutonia, quæ pos-
sunt habere propria, quibus accedit, quod Sanctimoniales & Canonissæ Seculares in
dict. C. Indemnitatibus, nec non in omnibus Dispositionibus & Provisionibus Apo-
stolicis tolerentur & c. Unde illud verbum: Sanctimoniales, sæpius ab Erphone
usurpatum, VIRGINES FRECKENHORSTENSES ista ætate fuisse verè
Regulares & Professas non evincit. & pag. 87. vers. In suos usus. ibi: manet itaque
firmum & planè indubitatum, Virgines Freckenhorstenses habuisse tempore Sancti
Nostri (scilicet Erphonis Anno 1090) proprietatem; adeoque certum est, nunquam
fuisse Religiosas, quia ad Religionem essentialiter requiritur Votum Paupertatis.
Ubi vides, quòd Domesticus hic Autor Collegium Freckenhorstense ad Caput
Indemnitatibus, non in principio ubi de Monialibus Religiosis agitur, sed in
fine ubi §pho penult. de Canonissis Secularibus pertractatur, indubitatè referat,
nec ullam contrariæ Consuetudinis Mentionem faciat.

Sed ad omnem superfluitatem, & ut commentitiæ consuetudinis vanitas
Sole Meridiano clarius illucescat: Binarum in tota Germania Principum Uni-
versitatum tam Juridicæ, quàm Canonicæ Facultates contra hoc figmentum irre-
fragabile perhibent Testimonium. Et vero

Universitas Coloniensis (in cujus Provincia situm est Collegium Freckenhor-
stense) positivè & directè categoricèque ad

Nu. 457.
Universitas
Coloniensis
positivè te-
statur Ca-
put Indem-
nitatibus
in viridi
esse obser-
vantia.

Questionem Tertiam: An Jus Capitis Indemnitatibus sit in Viridi OBSER-
VANTIA? sinè omni exceptione respondit Affirmativè. vide sub finem Lit. C.
quomodo autem VIRIDIS OBSERVANTIA Capitis Indemnitatibus, cum legiti-
mâ consuetudine consistere potest? an non sicut lux cum tenebris? veritas cum
figmentis? quantum autem Responsis Integrarum Universitatum deferendum
sit, didicimus à num. 251. & 272.

Universitati Trevirensi, non procul à Provincia Coloniensi remotæ, etiam
nihil de fabulosâ consuetudine contraria suboluit, nam ad Questionem tertiam:

Nu. 458.
Universitas
Trevirensis
testatur
non consta-
re de obser-
vantia
contrariâ.

An Jus Capitis Indemnitatibus sit in Viridi Observantia? Per Facultates suas
Canonicam & Juridicam respondit: non constare de Observantiâ Juri istius Ca-
pitis contrariâ. vide sub finem lit. D.

Idem omnes, si requirantur, uno ore Germaniæ, Belgii, & Lotharingiæ atte-
stabuntur Universitates.

Quid? quod non poterat meliùs, non clariùs, non efficaciùs Viridis Obser-
vantia Capitis Indemnitatibus probari, quàm eandem ipsimet Adversarii, etfi

Nu. 459.
Viridem
Capitis In-
demnita-
tibus ob-

nolentes & inviti, per pauculos illos actus, ex Archivis trium Provinciarum com-
pilatos, toti Orbi comprobârint; Nam quis prudens, si audiat tantâ sollicitu-
dine ab Adversariis tres Provincias percursas, & in tribus Provinciis Canonissa-
rum Chartophylacia & Tabularia (quæ multorum seculorum Electiones referunt)

esse

esse excussa & perlustrata; attamen in tam diversis tot Provinciarum Collegiis; eundo etiam etiam per plura secula, nullam unquam Electionem strictè dictam reperiri potuisse, quâ constet, sine *Indulto Eligibilitatis* Electam Canonissarum Abbatissam tricennio minorem; quis inquam hæc audiens non exclamet, viridissimam sanè illic esse *Capitis Indemnitatibus* observantiam; ut cui non constet, vel semel contraventum. Imò si audiret tanto temporum lapsu, & tam diversis in locis contraitum quidem esse, sed tantum quinquies vel sexies, an non adhuc viridissimam *Capitis Indemnitatibus* Observantiam agnoscere deberet? Fac in Provincia Moguntinâ simul & Coloniensi, simulque Ultrajectina per plurimum seculorum decursum in diversissimis locis, non quinquies tantum, sed quinquagesies tantum, imò quingentes tantum Ecclesiasticam de servando Jejunio, vel audiendo quot Dominicis & Festis Sacro Legem violatam; an inde rectè inferetur contra hujusmodi Legem Ecclesiasticam legitimè præscriptum? an non contra concludetur, Legem talem in viridi adhuc esse observantia?

Certè cautiùs egissent Adversarii, si altissimum de paucissimis illis actibus extriplici Provinciâ corrogatis & corrivatis tenuissent silentium, cum iisdem suam potiùs pessumderent, quam fundent intentionem per eosdem non contrariam consuetudinem, sed viridem Observantiam *Capitis Indemnitatibus* evincentes. Sagaciter id advertit Rota in hac Causâ Lunæ 4. Febr. 1723. coram Aldrovando, hinc nec minimam horum Actuum mentionem facit, sat prævidens ex Actibus illis tela confectum iri, quibus Pars Adversa fortissimè impugnetur & lethaliter convulneretur, eapropter tutiùs duxit CONSUETUDINI à quinque Advocatis Romanis confictæ testimoniis quædam, his utique Actibus innixa, quam ipsos Actus prætexere.

Sphus QUINTUS.

Emendicata Partis Adversa Testimonia super contrariâ CONSUETUDINE examinat, exagitat, exinanit.

Corrasis per tres Provincias pauculis illis & qualibuscunque Actibus, quos proximo spho excussimus, non satis confisa Pars Adversa, eosdem Testimoniorum eliciendorum gratiâ quibusdam, cum potentissimæ Aulæ Ministro (qui causam hanc ex ratione num. 414. datâ, toto pectore & omnibus nervis suis urgebat) obnoxii; tum quæ ad legitimam consuetudinem requirantur ignaris, Viris Feminis que exhibuit, & quæ captabat, testimonia abstulit; nam ex Viris duo Suffraganei,

servantia optimè esse indirectè, probant Adversarii dum per tot secula in tribus Provinciis nullam reperiunt Actum, quo minor 30. annis, sine Indulto Eligibilitatis, strictè electa sit.
Nu. 460.
Si per tres Provincias etiam quingentes peccatum esset contra Legem Ecclesiasticâ, v.g. de Jejunio; tamen Lex illa per hoc non esset abrogata.

Nu. 461.
Incautè Adversarii allegant paucissimos, & ad rem non facientes, Actus.
Nu. 462.
Hinc Rota illorū nullâ omnino mentionem facit.

- Nu. 463. Frustra ad-
versarii O-
stensis pra-
allegatis
Actibus,
quadam
Testimonia
emendica-
runt.
- Nu. 464. Fingunt
Adversarii
decem mix-
ta Collegia
in Diocesi
Monaste-
riensi.
- Nu. 465. Consuetudo
legitima
contra C.
Indemni-
tatibus. §.
penult.
dari nequit
- Nu. 466. Ex allega-
tis Actibus
constat nec
Unbram
Legitima
Consuetu-
dinis adesse.
- Nu. 467. Non Testi-
moniiis
agendum.
- Nu. 468. Impugnari
allata
Testimonia
quod ab ko-
minibus ob-
noxiiis sint
data.
- ganei, Paderbornensis & Monasteriensis, ex Feminis aliquot Canonissarum Collegia (& quidem ut fingit Extensor Rotæ in Monasteriensi Abbatissatûs 4. Febr. 1732. coram Aldrovando num. 14. decem mixta Collegia ejusdem Diocesis Monasteriensis; cum tamen notorium sit in Diocesi Monasteriensi, præter Borghorstanum, Freckenhorstense & Vredense Mixtum Canonissarum Collegium nullum dari) de legitimâ contraria consuetudine testari dicuntur. Sed Testimonia hæc non tam veritatis esse indicia, quàm ignorantiae & cæcæ erga Aulæ Primarium Ministrum (cujus utique præscriptis formulis, devotè subscriptum est) obedientiæ specimina jam demonstro, ostendôque illa ne lulum juvare Freckenhorstensem Electionem; nam
- Primò: cum contra Caput *Indemnitatibus*, in hac materia dari nequeat Legitima Consuetudo ex Magisterio S. Congregationis & Rotæ Romanæ (ut constat ex num. 449.) quâ fronte? quâ prudentiâ? quâ scientiâ isti Testes testantur de legitima consuetudine? Nempe boni homines testantur actu dari, quod dari impossibile est. Melius ignorantiae suæ specimen dare non poterant.
- Secundò: ex allegatis incautè per Adversarios Actibus, tantâ diligentia & curâ per tres omnino Provincias anxie acquisitis, liquet evidenter (ut à num. 419. hucusque demonstratum est) quod nec umbra vel vestigium Freckenhorsti detur legitimæ, quæ jactatur consuetudinis. Quam ergo veraciter & providè illi testes, de legitima Consuetudine testantur, protectò docent, se in Jure Canonico hospites & peregrinos esse, ut qui nihil minùs quàm requisita Legitimæ Consuetudinis nòrint.
- Tertid: *Sola Testimonia non sufficiunt, cum non sit Testimoniis, sed Testibus judicandum.* Ut toridem verbis dicitur Capite *Cum nos. 8. de cohabit. Clericor.* Et Divus Hadrianus Rusino Pro-Consuli Macedonia rescripsit: *Testibus se (scilicet ex formâ Juris examinatis) non testimoniis (quibuscunque artibus elici solitis) crediturum. L. 3. §. 3. ff. de Testib. & infra eodem §pho: Non probabat, nec Testes producebat, sed Testimoniis uti volebat; quibus apud me locus non est.* Idem Rota de Parte Adversa meritò dicit: *Non probabat, nec Testes legitimè examinandos producebat, sed Testimoniis uti volebat; quibus ob evidentem falsitatem & manifestam testantium ignorantiam, apud me locus non est.*
- Quartò: *Idonei non videntur Testes, quibus imperari potest, ut Testes fiant. L. Idonei 6. ff. de Testib. Eos Testes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratia & potentatui, fidem Religioni Judicaria debitam possint proponere. L. eos Testes 5. C. de Testibus.*
- Hinc quidam propter Reverentiam Personarum admittendi non sunt ad Testimoniis fidem. Quisquis scit hanc causam à Primario Ministro Aulæ (quæ Patrias Monasteriensem, Paderbornensem, Hildesiensem, Osnabrugensem & Coloniensem gubernat; quæque geminos illos Vicarios in Pontificalibus ad hanc Dignitatem

tem ex Monasteriis promovit ; quæque quotidie istis Monasteriensis Diœcesis Canonissalibus Collegiis prodesse & obesse potest) tanquam punctum honoris pro aris & focis defendi, faciliè dignoscet, quàm nihil testimoniis tam obnoxiorum hominum sit tribuendum.

Quintò : testibus non juratis haud creditur ; nam *Jurisjurandi Religione, testes prius, quàm perhibeant Testimonium, jam dudum arctari præcepimus.* Inquit Imperator Constantinus. *L. Jurisjurandi. C. de Testibus.* At nec Testes isti Testimonium suum Juramento firmarunt, nec confirmare potuerunt, cum, quòd Consuetudo Legitima existere nequeat contra *C. Indemnitatibus*, ex Declaratione S. Congregationis & Rotæ, ut vidimus num. 409. tum, quòd ex Actibus tam studiosè Corrasis plenissimè eluceat, nec umbram adesse contrariæ consuetudinis. Et sanè si de contrariâ consuetudine constaret, non usâ fuissent Canonissæ Freckenhorstenses prætensâ formulâ : *Eligimus vel postulamus, ut de Jure melius* ; sed absolutè elegissent : non petiisset Electa tam anxie (etsi frustrâ) antè & post qualemcunque illum Electionis Actum Dispensationem Apostolicam in ætate : Electa nequaquam primitùs recurrisset ad viam postulationis &c. &c. denique non tam multæ Abbatissatûs Candidatæ, pro dispensatione in ætate (ut alias ostensum est ab Advocatis Winckelhausicis) Romam convolâssent.

Sextò : qui de consuetudine testantur legitimè, de tribus testentur necesse est : nempe primò *de Usu Communitatis*, quâ de agitur. Secundò *de frequentia Actuum*. Tertio *de diurnitate temporis illorum*. Alioquin enim non censetur probata Consuetudo, si vel unicum horum trium deficiat. Rota *Decis. 286. n. 12. apud Penia. Mascard. Concl. 424. num. 3. de probat. Bartol. in Repetit. Legis Consuetud. q. 28. in C. Qua sit longa consuetud. Decius Conf. 483. num. 20.* attestans de communi. At in præsentè casu, de nullo istorum trium punctorum testificatio facta est. Quantum ergo deferendum hujusmodi testibus? non plus sanè quàm illis, de quibus canit Poëta :

Non bene conducti vendunt perjuriam Testes.

Taceo jam, quod Testes hi non probent jactatam consuetudinem introductam esse *sciente & consentiente Pontifice* : Taceo, quod testentur in *rem propriam*, dum interest Vicariorum quidem, ut sinè recurso ad Pontificem ipsi quaslibet Abbatissarum Secularium, etiam legitimâ ætate defectarum, confirmare possint Electiones : Collegiorum autem, ut sinè sumptuosis Dispensationibus, pro arbitrio suo qualescunque sibi Abbatissas quaquâ in ætate constitutas præficere valeant. Taceo plurimos alios horum Testimoniorum illegalium defectus, cum ex dictis ad plenam evidentiam coruscet, quod tantopere jactatæ consuetudinis Freckenhorst ne levissimum adsit vestigium.

Quæ cum itâ sint, clarissimum, evidentissimum, indubitatissimùmque est ex duarum Florentissimarum Germanicarum Universitatum authenticis Responsis,

Nu. 469. Testes iurati haud probant.

Nu. 470. Quare iurari non potuerit adesse Legitimam Consuetudinem contrariam *Cap. de Indemnitatibus.*

Nu. 471. Testaturus de Consuetudine testari debet de usu Communitatis, de Frequencia Actuum, & diurnitate temporis.

Nu. 472. Testes non testantur de scientia & consensu Papæ.

Nu. 473. Testes fuerunt interesse.

Nu. 474.
Conclusio
cum Voto.

ex tergemina Rotæ Decisione, ex gemino Sacræ Congregationis Oraculo, ex unanimi omnium ferè Autorum Sententiâ, ex conspirante totius Belgii & Germaniæ Praxi, quod *Caput Indemnitatibus. §. Supradicta de Election. in 6.* moderna Canonissarum Secularium Collegia non obstante *Mixturâ*, non obstante *singulari vitâ*, non obstante prætensâ contraria *Consuetudine* afficiat, comprehendatque. Unde sequitur primò, quod Electio Freckenhorstensis, vel titulo deficientis ætatis (ut alios quibus scater defectus tacito pede hoc loci præteream) sit manifesto, nullâque arte excusabili nullitatis vitio apertissimè infecta. Sequitur secundò, quod ob tam evidens nullitatis vitium Gratia Apostolica Illustrissimæ Domine Comitissæ de Winc, kelhausen executioni sit danda, plenissimòsque sortiri debeat effectus.

Præstent Superi Illustrissimam Actricem Provisam Apostolicam tamdiu superstitem, ut post duodecennalem Litem, pleno potita triumpho, integros Gratiæ Apostolicæ carpat fructus, iisque quàm diutissimè perfruatur.

Ohe! jam satis est. Ohe libelle!
Jam pervenimus usque ad umbilicum.
Tu procedere adhuc, & ire quaris,
Nec summâ potes in Scheda teneri.
Sic quanquam tibi res peracta non sit;
Quæ prima quoque paginâ peracta est.
Jam Lector queriturque, desicitque:
Jam Librarius hoc & ipse dicit:
Ohe! jam satis est. Ohe Libelle!
Martialis Libr. 4. Epigramm. ult.



AD BENEVOLUM LECTOREM.

Promiseram me tibi *DEMONSTRATURUM* esse aliquid &c.
Ecce tibi est ipsa *VERITAS*. Amplectere illam si potes,
frucere illâ & delectare.

S. Augustinus de Libero Arbitr. cap. 13.



DOCU-

DOCUMENTA QUÆDAM

Per decursum Libelli allegata, & in hunc locum reservata.

Lit. A.

DECISIO ROTALIS XVII. apud Ascan. Tamburinium de Jure Abbatum tom. 3tio, quæ sola Litem Freckenhorstensem in omnibus punctis plenissimè & clarissimè decidit.

Leodien. Abbatissatus Mercurii 9. Martii 1594. coram Emin. D. Cardinal. Pamphilio seniore.



IN concursu duarum Electionum, factarum de Magdalena Elſia & Magdalena à Boulandra, in Abbatissatu Monasterii S. Amoris in Munsterbilsen dubitavi, quæ Electio esset attendenda. Et DD. dixerunt, neutram sustineri; quia in illis fuit processum per modum Scrutinii, assumptis Scrutatoribus extra Collegium, contra formam C. Quia propter de Elect. quod pro substantiali Electionis requirit Scrutato-

res assumendos de Collegio, tanquam fidelius negotium ipsum Electionis tractaturos, ut ibi tradit Innoc. Joan. Andr. Butr. num. 6. & num. 22. vers. Dicitur septimò. & Abb. num. 1. Roman. qui testatur de communi cons. 332. num. 11. cum sequen. cum aliis per Petr. Baiz in suo Decreto Elect. cap. 34. p. 3. & procedit etiam in Electione Abbatissæ, ut post Butr. in d. cap. Quia propter, sub n. 2. not. Abb. n. 8. Paul. de Castr. in cons. 346. in princ. lib. 1. Et in Electione factâ secundum terminos cap. Indemnitatibus, de Elect. lib. 6. tradit ibi Gemin. in §. Sanè in princ. & Franc. in 3. notab.

Et tantò magis, quòd juxta Resolutionem aliàs per Illustrissimos Dominos Sacri Collegii Interpretes in hâc causâ factam, quantum ad Electionem Elſiæ, illa non potest sustineri, cum tam ex ipsomet Instrumento Electionis, quam etiam ex ipsius propriâ confessione in commissione causæ constet, illam non fuisse ætatis legitimæ 30. annorum, quæ ex Dispositione d. cap. Indemnitatibus, & Conc. Trident. sess. 25. cap. 7. de reg. non obstante quâcunque consuetudine

1.

2.

- », fuetudine est necessaria in Abbatiffa , etiam quòd aliàs non potuiffet postulari :
 », quia ista postulatio debuit fieri ante Electionem , ùt in tot. tit. de Postul. Prælat.
 », & à Papâ , non autem ab Ordinario , ùt dicit Gloss. in d. C. Indemnitatibus ,
 », in verb. Eligatur. Quam sequuntur Joan. Andr. Anchar. num. 2. & Gemin.
 », circa fin. maximè quia , ùt dicitur ex prædictâ Resolutione Illustrissimorum
 », DD. Sacri Concilii Interpretum , nedum non aderat aliqua Ratio publicæ uti-
 », litatis , cur Postulatio debuiffet confirmari : quin imò adest maxima pro re-
 », jectione ob hæresim maternam , cap. 2. Hæretici , & cap. Statutum. l. 2. de
 », hæretic. in 6.
5. », Quantum verò ad Electionem factam de Boulandrà , illa similiter corrui-
 6. », quia non est facta duabus partibus Collegii , ùt requiritur secundùm terminos
 », d. cap. Indemnitatibus. §. Sanè. Ibi : Quæ à duobus partibus : & non habet
 », majorem numerum Collegii , qui solus attenditur in Electione Abbatiffæ , non
 », habitâ collatione zeli ad zelum , nec meriti ad meritum , d. cap. Indemnitati-
 », bus §. Sanè in fin. & ibi Joan. Monach. sub n. 20. Archid. Joan. Andr. Franc.
 », sub n. 8. Gemin. sub n. 1. & in §. Si qua verò. §. ut autem. Card. in Clem. quod
 », circa. q. 1. 1. & vital. sub num. 3. eod. tit. Petr. de Baiz in suo Direct. in 3. par.
 », in cap. 38. n. 6. qui omnes dicunt , ob inhabilitatem Electæ à majori numero
 », non devolvi facultatem eligendi ad majorem partem in Electione Virorum , cap.
 », Dudum c. humana & cap. Congregato. de Elect. cùm ibi not. per Doctor.
7. », Quod procedit etiam in Electione Abbatiffæ , quæ facienda est à mulieribus
 », simul cum Masculis , ùt trad. Joann. Andr. in d. cap. Indemnitatibus sub num.
 », 3. vers. Canonic. & Gemin. in §. Supradicta num. 4. qui dicunt , prædictum
 8. », textum habere locum , etiam quando Canonici Seculares adsunt simul cum
 », mulieribus. Et bene facit , quòd constitutio etiam exorbitans , disponens de
 », re simplici , extenditur ad actum mixtum , quantum ad illas qualitates , quæ
 », concernunt personas facientes actum simplicem , prout illæ qualitates interve-
 », niunt in actu mixto : quicquid dicendum sit , quantum ad qualitates , quæ res-
 », piciunt alias personas , quæ faciunt actum mixtum , ùt post Gloss. in d. §. Sanè.
 », in verb. non ob stare. circa fin. declarat Gemin. sub num. 7. vers. Nota optimam
 9. », Gloss. & hoc maximè quoad computanda vota Mulierum , in quibus ratione
 », quâdam speciali constitutum est , ut attendatur solus numerus , non autem
 », zelus , nec meritum ; ne , ùt dicit Joan. Andr. in d. cap. Indemnitatibus. num. 3.
 », (quem ibi sequuntur Anchar. in vers. 18. notat Gemin. in §. si qua. vers. ut au-
 », tem) ad invicem sibi inferant opprobria & convitia , revelando ipsarum secreta.
 », Quæ ratio , quoad ipsas fœminas eligentes , militat etiam in Electione Abbatiffæ ,
 », si unâ cum eis Masculi interveniant ; præsertim in hoc casu Virorum , vulg. 1.
 », quæritur. ff. de stat. hom. cum aliis allegatis.



PRÆCLARISSIMUM
ATTESTATUM

Duorum Testium , omni exceptione majorum , & Notarii Apostolici de Statu Collegii Monasterio Belisientis , vulgò Münsterbilfen Freckenhorsteni per omnia simili.

Lit. B.

In Nomine Domini. Amen.

Nos infrascripti Testimonium Veritati perhibere rogati de Statu Monasterii Belisientis (quod vulgò Münsterbilfen , vel Collegium S. Amoris, & S. Landradæ appellatur , & in Diœcesi Leodiensi situm est) perbene informati testamur, ut sequitur:

Primò, quòd præfatum Monasterium Belisiente reverâ sit *Collegium*, seu *Capitulum Seculare Canonissarum*.

2dò, quòd Domina Abbatissa illius Monasterii, seu Collegii non sit, nec soleat esse Persona *Religiosa*, hoc est, trium Votorum *Professa*;

Z

3tiò,

3tiò, quòd Monasterium seu Collegium hoc fit *mixtum* ex *Canonicabus & Canonicis*, ex quibus *constituitur*.

4tò, quòd *Canonisse*, ut diximus, sint *Seculares*, non *Regulares*, habitantes *seorsim* in suis *Curiis Præbendalibus*; non autem *communiter*, in uno *clauastro* more *Regularium*.

5tò, quòd Canonici præacti Collegii pariter sint *Seculares*, *seorsim* in *Curiis Præbendalibus* vel propriis *habitantes*.

Atque hoc Testimonium juramento, quodocunque requisiti fuerimus, lubentissimè confirmabimus. Datum Aquisgrani in Diœcesi Leodiensi, circiter octo horis à Monasterio Belisienti, 30.^{ma} Maji 1733. & erat subscriptum, L.W. de Fraipont. P. D. Winckeles.

Suprapositum Attestatum à duobus his attestantibus in meâ personali præsentia, & duorum aliorum Testium specialiter ad hoc requisitorum, nominatim Henrici Kesselkaull & Hyacinthi Forst in ædibus meis locagio conductis sub Claustro Regalis Ecclesiæ B. V. M. Aquensis, juxta ambitum hujus Ecclesiæ Basilicæ sitis, in inferiori Camerâ, versùs plateam (vulgò *Closter Gäßgen*) jacente propriis illorum atque horum manibus subscriptum & signatum esse testor requisitus Ego Joannes Paul. Lambrichs Sac. Apostolicâ & Cæsareâ Auctoritatibus Notarius Aquisgrani residens publ. Qui idem Attestatum omninò verum esse confirmo ex causâ scientiæ, quòd circa, & in ipso Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ 1732. per aliquot dies in ipsomet loco prædicti Collegii præsens fuerim, & Statum taliter, uti præmissi attestantur, consistere ipsemet vidi & adverti, prout manu signoque Notariatûs mei

con-

confirmo mpp. & erat subscript. Henr. Kesselkaull Theologus Emeritus, quâ testis. Hyacinthus Forst Metaphysicus, quâ testis.

(L. S.)

Pro verâ copiâ authenticâ cum Originali minutâ, penès me Notarium permanente, & semper reperibili omninò concordante attestor manu signoque Notariatûs mei propriis.

JOANNES PAUL. LAMBRICHS
Notarius Apostolico-Cæs. publicus
qui suprâ.



Lit. C.

COPIA RESPONSI
COLONIENSIS
UNIVERSITATIS.

CUM Nobis Decano, Seniori, cæterisque Doctoribus & Professoribus ordinariis, *Facultatum Utriusque Juris* in Almâ Universitate Generalis Studii Coloniensis tres sequentes Propositiones :

Z 2

PRIMA,

PRIMA,

An Canonissarum *Secularium*, singulariter extra
communitatem habitantium, & cum Canonicis *Se-*
cularibus Capitulum constituentium Abbatissa debeat
 esse Tricennalis juxta Capitulum Indemnitatibus 43.
 §. Supradicta de Elect. in 6. ?

SECUNDA,

An id ita moraliter certum & evidens sit, ut nemo
 rectè contrarium *docere, consulere vel judicare* possit?

TERTIA.

An Jus *Capitis Indemnitatibus* sit in *viridi obser-*
vantiâ?

Propositæ fuerint, cum petitione: ut ad singulas *Quæstiones*
 Responsum brevissimum, non additis sed reservatis *Rationi-*
bus, demus:

Nos præviâ diligente singularum *Quæstionum* examinatione
 ad Singulas resolvimus:

Ad *Quæstionem primam*; *Affirmativè.*

Ad 2dam; pariter *Affirmativè.*

Ad 3tiam; quoque *Affirmativè.*

Cùm autem *Rationes* decidendi pro hac vice non petantur;
 Nos eas Nobis reservamus, cum oblatione; si eæ à Nobis fue-
 rint requisitæ, pro exigentiâ ad quamlibet *Quæstionem* dare
 paratos esse. In quarum fidem has *Resolutiones* Nostras ma-
 jore *Facultatum* nostrarum *Sigillo* muniri iussimus. Coloniae
 ad Rhenum 6ta Decembris 1732.

(L. S.)

COPIA

Lit. D.

COPIA RESPONSI
UNIVERSITATIS
TREVIRENSIS

NOs Decanus, Doctores, ac Professores Collegii
Ictorum Almæ, & Antiquissimæ Universitatis Stu-
dii Generalis Trevirensis notum facimus, & præ-
sentium declaramus tenore Literarum, Quæstiones tres
cum subscriptâ petitione, ut ad singulas earundem Quæ-
stionum, Responsum Juri brevissimum daremus, & ex-
pediremus, fuisse propositas, quarum quidem Quæstio-
num erat

P R I M A.

An Canonissarum Secularium singulariter extra communitatem ha-
bitantium, & cum Canonicis Secularibus unum Capitulum consti-
tuentium Abbatissa debeat esse triginta annorum juxta Ca-
pitulum Indemnitatibus. 43 §. Supradicta de Election. in 6to.

S E C U N D A,

An id ita Moraliter certum sit, & Evidens, ut nemò rectè
contrarium docere, consulere, vel judicare possit?

T E R T I A,

An Jus Capitis Indemnitatibus sit in viridi Observantia?
Cum verò post maturum harum ipsarum Quæstionum exa-
men unanimi voto censuerimus, respondendum esse juxta
modum sequentem, videlicet Ad

Ad Quæstionem primam, *Affirmativè.*

Ad Quæstionem secundam, *Affirmativè.*

Ad Quæstionem tertiam, non constare nobis de Ob-
servantiâ Juri istius Capituli contraria:

Placuit tam in præmissæ Declarationis, quàm in hujus ad
singulas Quæstiones dati brevissimi Responsi (cujus Rationes,
ut primum fuerimus requisiti, justâ deductione superadde-
mus) fidem mandare; quatenus præsentibus Sigillo Collegii
Nostri muniantur, ac per ejusdem Collegii Notarium sub-
scribantur. Augustæ Trevirorum die 25^{ta} Octobr. Anno
Domini 1732.

(L. S.) *Ex Mandato Speciali Amplissimi,
Prænobilis ac Consultissimi Do-
mini Decani Collegii suprame-
morati,*

DAMIANUS HARTARDUS KAISER,
Notarius Sacris Apostolicâ, ac Imperiali
Authoritatibus publicus, nec non Univer-
sitarum Pedellus juratus m. pp.

Sigillum præsentibus appressum esse genuinum Sigillum
Inclytæ Juridicæ Facultatis Trevirensis, ac Discre-
tum Virum Damianum Hartardum Kaiser ejusdem
Facultatis Notarium ac Pedellum Attestor

J. Herbert Notarius Publicus, & Almx
Universitarum Trevirensis Scriba m. pp.



AD
Z O I L U M.

Oras *Zoile* me, Rogásque semper:
Dic VERUM mihi Marce, dic amabo:
Nil est, quod audiam magis libenter.
Durum est, me tibi, quod petis, negare:
VERO VERIUS ergo quid sit, audi:
VERUM, *Zoile*, non libenter audis.

Martialis Libr. 8. Epigrammate 76. in *Gallicum*, cui substituo *Zoilum*.



L I C E N T I A C E N S O R I S
O R D I N A R I I.

Praesens *Tractatus Demonstrativus Chronologico - Historico-
Juridico - Canonicus*, nihil Fidei Orthodoxae aut bonis
moribus adversum complectitur, sed praecleara plurima
pro eruenda Veritate Materiae exhibitae continet; ideoque
pro luce publicam imprimi permittitur. Signatum Coloniae
Agrippinae primam Februarii 1734.

JOANNES NEUMAN *J. U. D.*
*Collegiatarum SS. Severini & Cuniberti Ca-
nonicus, & ad SS. Apostolos Decanus,
Proto-Notarius Apostolicus, Serenissimi
& Reverendissimi Principis Electoris Co-
loniensis Consiliarius Ecclesiasticus ac Libr.
Censor Ordinarius m.pp.*

A P P R O B A T I O.

In praesentibus Demonstrationibus Chronologico - Historico - Juridico - Ca-
nonicis nihil invenio bonis moribus aut Fidei contrarium, ideoque Li-
centiam easdem pro eruenda veritate typis excudendi concedi posse existimo.
Signatum Coloniae 17. Januarii 1734.

ADAMUS HAUSMAN
Ss. Theologia Doctor m.pp.

A P P R O B A T I O.

Demonstrationes Chronologico - Historico - Juridico - Canonicas &c. evin-
centes, quod Electiones Abbatissarum in Collegiis Saecularibus utriusque
Sexus subsint *Cap. Indemnitatibus. 43. de Elect. in 6.* attentè perlegi, nihilque
inveni Orthodoxae Fidei, aut bonis moribus contrarium, quominus in subsidium
Veritatis Canonicae, quam copiosè, solidè deductam continent, praesens beneficio
publico communicari possint. Ita censeo Coloniae hac 20. Januarii 1734.

Fr. THOMAS SCHMITZ *Ord. S. B.*
Ss. Theologia Doctor m.pria.





Th
4829